Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

35,-181-4°
DA BOX
(LN bis 298)
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

FRIDERICO II. REGI DANIAE.

AD REGNI SENATORES

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ.

JOANNIS CASELII.

Thomas Junior Francofurt M. Ao CIↃ IↃ XC mense Junio.

****
**
*

ROSTOCHII

In typographia Auguſtini Ferberi filij.
ANNO CIↃ IↃ XIIC.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

FRIDERICO II. REGI *DANIÆ.*

AD REGNI SENATORES

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ

JOANNIS CASELII.

QVod in funere minimum plæriq; iudicant, vel certè exiguum, neq; tanti faciendum, vt negligi non debeat; id ego potiſſimum, & omnium eſſe primum, & diligenter procurandum præ omnibus alijs cenſeo. Non enim contendam, quod aliqui: efferri eum, qui è viuis exceſſerit, ſatis eſſe, nec pompa opus in rebus humanis, quæ ſemper miſeræ ſint, aut dubiæ, nedum in luctu et in priuata ſiue publica etiam triſtitia. Quam ſeruant plæriq; vitæ rationem quam à maioribus noſtris accepimus, quam à

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

memoria hominum frequentatam fuiſſe paſſim gentium ex hiſtoria didicimus; neq; nos repudiamus, neq; repudiandam putamus: neq; ſi ſecus ſentiamus & ſecus faciamus; nos alij ſequantur: quin odio potius omnibus digni videamur. Namq; etiam qui in ipſa plebe ſunt, & è vita humili in paulo etiam altiorem gradum ſe transferre non poſſunt; ſuorum funera cohoneſtari volunt, & cohoneſtant, quanto ipſi ſtudio poſſunt. Honeſto autem & nobili loco nati, & libenter ornant ſuos, quo ipſi ſint ornatiores, & hoc officium prӕterire ſe haud quaquam poſſe exiſtimant, ſine nota ſordium. Quid dicam de principibus? quid de regibus? Horum nemo conditus fuit ſine ſplendore & magnificentia: nec auro parcitur, quòd ſit in apparatum ſumptus maximus, nec operӕ, quòd quӕ excogitari potuerunt, pro loci & temporis ratione conquiruntur omnia. Non eſt porro oratione opus in re, quam omnes nouerunt, & oculis quotidie contuentur. Lugere ipſi videntur parietes, aulӕis remotis, atrati ipſi, tam in

tem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

templis, quàm in regia, quaſi eodem modo affe-
cti: faces obſcurum lucent: habitu alio, quam
lugubri, prodire auſit nemo. Vt in bellis, antè,
quam acies committunt, tubæ ſonant & tym-
pana: ita hic, noſtro ritu, crebri, graues, diu-
turni, fiunt ænearum, vt vocantur, campana-
rum ſoni, in quotquot ſunt turribus, per vr-
bem, per oppida, & omnes vicos regni, vt vbi
ſis, nec alium, nec teipſum, nec aliud quid-
quam audias. Accedit carmen lugubre, præ-
feruntur imagines maiorum, non prorſus Ro-
mano illo more, ſed tamen illius æmulo. Plu-
rium enim agnatorum geſtantur inſignia, ap-
penſa cereis. Sic putantur ab aliquot ſæculis
mortui, decus addere mortuo, cui funus fit: de
quo ſentire qnemq; ſinamus, quod libet: ego
exiſtimem ad maiorum gloriam, minores ex-
citari, qui iam tum hodie ſunt ſuperſtites.
Vbi cadauer monumento illatum, finiſq; fa-
ctus omnibus cærimonijs, epulum inſtruitur fu-
nebre, quãdo reliqui non minus homines ſumus,
& donec idem iter ingrediamur, terræ mune-
re

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

re veſcimur, ſiue conuiuiū ſine lætitia, quæ anima eſt conuiuij, ſi modo ita ſincerū aliquid inter nos eſt, vt nō habeat aduerſi miſtum aliquid. Namq; vel gaudio non temperato repente exſpirare videremur, & ſuffocari continuò impetu doloris: vtrumq; tamen ab eo dici videatur, cuius in eo inſit plurimum. Monumentum deinceps ſtatuitur, è ſolido marmore, aut lapide Lydio ſtatuis & inſcriptionibus manu artificis perfectum, ad longiſſimam memoriam, vel perpetuam, vel plurium ſæculorum. Hæc maximè incurrunt in ſenſus omnia, & præ ſe ferunt magnificentiam, & habentur, & ſunt etiam magnifica. Quis enim neget? cætera illa vnius diei, quo euaneſcant: hoc poſtremum durabile, vt putatur. Præterij plæraq; libens, quæ vt velim, non poſſim omnia perſequi, hoc certè loco neq; alius: duo in hunc ſeruaui, vt ad principium redeam. Prius horum, quô omnia eſſent magnificentiora: dabantur gladiatores, ludi varij, agones muſici: neq; hoc ſolum in Romana republica. Quid Achilli fa-

ctum

factum putemus, cum hic tantos agones ſodali fideliſſimo Patroclo inſtruxerit? Non dicam de funere Alexandri Macedonis, quod pæne fidem ſuperat, certè auditorum animos percellit: quod vix talia nos contemplaturos ſomniaremus. Tamen hoc ſuperat alterum, quòd in funeribus clari viri & boni reges laudabantur. Nec habeo neceſſe exempla repere ex antiquitate. Nemo enim ignorat, nihil fuiſſe vſitatius hoc genere laudationum apud Romanos: & laudabantur imperatores, nec ipſum à longinquis oratoribus, qui arte quoq; orationē perpolirent, ſed ab ijs plærunq;, qui vitam eorum penitius introſpexiſſent, & res geſtas ad vnguem tenerent. Quod ſi in hoc negotio ſe omnes religiosè geſſiſſent, vt non niſi cumulatos omni laude laudauiſſent, aut laudatis non affinxiſſent laudes peregrinas; id genus orationes haberemus longè plures, & dignitas huius muneris magis appareret. Nam reliqua exhibita fuerant tantum oculis & auribus: hoc menti etiam donatur. Munus

enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

enim quod principi dignum donatur, præſtat haud dubiè cæteris, nec dubium, hæc deberi inferiora cenſeri. Nec vero diuturnitate paria ſunt. Quis enim hodie in Troade locum inueniat, in quo Græci ſepelierint illum ſolem Græciæ, Pelei filium? Macedo adhuc eius monumento adſtitit, cuius etiam hac in re ſententia ſtabimus. De huius autē monumento minus cognouimus. Sed dicat mihi quis regis Cariæ Mauſoleum, ab Artemiſia conditum, Pyramides item Ægyptias: an illud vetuſtas aboleuerit, quod tamen cum omnibus certo abolitura eſt, neſcio: hæ viſuntur etiam hodie, vti et quædam in ipſa vrbe ſemidiruta. Hæc vero etiam, neq; loco abire, neq; loco moueri poſſunt, aut ſi qua moueri vno loco poſſunt, pluribus ſimul haud collocari. De oratione, quæ à fide digno eodemq́; ſcriptore erudito, proficiſcatur, vſq; adeo ieiunè nec loqui, nec ſentire poſſumus: penetrare omnia ſecula, omnesq́; gentes facilè poteſt: nec montes, nec ſolitudines eius curſui obſtant, neq; fluuij, nec ipſe oceanus: quin mare illi

fa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

facere dixerim, quã hoc citius volatur, quam terra curritur. Litteris heroes: vel ſi virtute viuũt, certè eorũ virtus, immortalitatẽ apud omnes gentes adepta eſt præconio litterarũ. Non digrediar ab ijs, quos nominaui. Alexandri rerum geſtarum monumenta, ſunt verum ipſius monumentum: vt Ilias poëtæ, Achillis. Atq; intelligebat is, quod dico, cum ſtans ad ſepulchrum Achillis, beatum iuuenem prædicaret, qui hanc ſuarum laudum tubam reperiſſet, & eiusmodi ſibi ſuarum rerum, quas gerere cœperat, geſturumq́; ſe ſperabat, quod iam in animo agitabat, quod perfecit deniq;, præconem à dijs dari optabat. Scrupulus igitur hic vnus relinquitur, vt qui vel virum clarum vel regem laudare in animum induxerit, ſiue iuſſus, ſiue monitus ſit, ſiue hoc vltro in ſe ſuſcipiat; par ſit negotio, quod ſibi ſumpſerit explicandum, ne potius & eius laudes, quas aperiendas & illuſtrandas cenſuit, obſcuret, penitusque deterat, & pro laude, quam ex officio, ſiue ſtudio, ſiue labore, ſe reportaturum putat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

alijs ſtomachum, alijs riſum moueat, ne dicam de grauiſſima ſeueriorum & doctiorum hominum reprehenſione. Digni enim profectò ſunt odio, qui impudenti audacia litteris audent conſignare, quæ vel non intelligunt, vel neſciunt, vel explicare verbis idoneis non queunt. Quàm vereor, vt hac cenſura ipſe me confixerim. Neq; enim mihi non conſcius ſum meæ tenuitatis, ſiue imbecillitatis hac ipſa in re. Fieri enim poteſt, vt multa me fugiant, quod credo: alterum non dubito, quin quæ perſpecta habeo, ita proferre & ornare nequeam, vti debeam, et vos exſpectatis, et rei dignitatis requirit.

Quare etiam æquo animo hunc laborem cum palma ei traderem, quicunq; vellet. Volet enim nemo, niſi qui ſe perfecturum ſatis bona cum laude ſperat, quod tamen, vt ſperem, certo mihi nolim polliceri. Quod ſi quis etiam me ſciente deinceps, vel hodie quoq; neſciente, in laudando eximio rege Daniæ FRIDERICO II. me vincet, non inuidebo, ſed gratias agam, qui virtuti regiæ ſplendida oratione præ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

mium gloriæ gratè et magnificè perſoluat. Mihi fuerunt ad dicendum cauſſæ plures, quas bonis me facile probaturum ſi dubitarem, non dubitarem & hanc cogitationem ex animo, & quod cæpi è manibus abijcere. Maxima eſt, & vna eſſe poteſt pro omnibus, quod ſapientiſſimo duci noſtro VLRICO, cuius merita in me profiteri mihi honorificum duco, omnia debeo, et præſtarem multa, ſi qua in me eſſent, quibus animi grati ſignificationem oſtenderem. Qui vero multo inferiora ſtudia nō adſpernatur, acceptabit quoq; hoc ſingulare laudādi ſui generi, tempore præſertim ita luctuoſo, & tale officium flagitante, nec repudiante, etiamſi à pluribus præſtetur: in quibus ſaltem aliquo loco futuri ſimus. Et vero ipſe rex in me aliquando fuit munificus, nullo meo ſanè merito, ſed ex ſermone præſtantium virorum, qui mihi vellent præ cæteris. Quin ſi liberalis in me non fuiſſet, cuius tamen benignitatem ſenſiſſent bonæ litteræ; hunc propter litteras colendum, & ornandum etiam, ſi qua eſſet in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

me facultas huius rei, iudicarem, neq; hoc, occaſione data, negligerem. Quid ni vero etiam gratificer regem Daniæ proceribus, in quibus amicos habeo plures, de quorum ego nobilitate et opibus non dico, etſi vtrumq; licet dicere, quod illa colunt ſine faſtu, ſine ſuperbia, humaniſſimos & doctiſſimos, vt verum finem quoq; in litteris parandis propoſitum ſibi habuiſſe appareat: cum totæ quoq; gentes reperiantur, quæ linguam dicendi promptitudine & elegantia, pectus variarum rerum cognitione præclarè inſtruant, non vt meliores & prudentiores facti boni ciues ſint & vtiles patriæ, ſed callidiores & negotijs gerendis aptiores, honores primos & opes maximas inueniant, quibus deinceps ad luxum abutantur, in quo nihil non mali & priuatim & publicè ineſt. Igitur quod tantis amicis gratū eſſet, feci libentius: nec dubito, me bonis ſi non operis perfectione, ſaltem ipſo conatu et aliqua laboris parte ſatisfacturum. Vix enim fieri poteſt, & qui ad hoc munus obeundū accedat, non aliquid ita egregiè dicat, quod

pla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

placeat, præſertim vbi res ipſæ magis orationem expoliunt, quàm artis affectatio. Sed quod in moribus hominum poſitum eſt, me deterrere poterat, vt ſanè vero etiam ad ſcribendum timidiorem tardioremq́; facit. Qui enim de oratione iudicant, non vniuerſam plæriq; conſiderant, ſed in omnes vel paucas etiam partes aduertunt ſedulo: quod ſi quid dictum ſit negligentius, vt ſi ſententia lubrica, aut minus in vulgus probabilis exciderit, vel verbum minus cultum, nec ſatis conueniens rei, vel etiam ſi quid neceſſarium præteritum, aut alienius allatum fuiſſe videatur; ibi & cætera, quæ vel proba vel non prorſus improba fuerint, abijciunt, adeoq́; omnem orationem magna facilitate improbant. Itaq; ſi quis hanc non niſi laudem aucupetur, vix tale quiddam auſit aggredi. Ego ſecutus officium, exſequar, quæ inſtitui, vti potero, & æquis iudicibus, quemadmodum ſpero, ſtabo. Æquitatis enim eſſe puto, vt qui et inter plæroſq; non iam principem, ſed honeſtum locum teneat, et plæraq; ſic ſatis di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

ſertè dicat, cumprimis etiam toleretur; quod de iȷs, ad quos orationem dirigendam mihi putaui, prorſus mihi polliceor, de multis etiam aliȷs ſpero. Nec vero is ſum, qui magis hac in re aliȷs placere cupiam, atq; ipſe mihi: qui cum neq; ipſa, quæ cœpi, probem; iniquus ſim, ſi nihil à quiquam reprehendi poſtulem. Sic autem me vici, vt de ingeniȷ laude facilè aliȷs poßim concedere, & ſine inuidia admirer & laudem, in quo quis etiam me ſuperarit: quod neq; feruens iuuenta, neq; gloria inflammatus faciat. Quod ſi videor aliȷs quoq;, vt mihi, verboſior fuiſſe; iam copioſa primo loco mihi naſcetur oratio. ſi gentem FRIDERICI regis à tot ſeculis è monumentis eruam, & auditoribus ſubiȷciam, & maiorum omnium res geſtas etiam conciſius exponam. Auidè quidem illa aliqui cognoſcent, ſed quod nimis longum, fortè & laborioſius mihi foret, quàm vt perficere valeam; adeundos hiſtoriarum ſcriptores cenſeo: è quibus tantum delibabimus, quæ prœteriri non oportere arbitramur. Explicare enim

omnia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

*omnia neq; huius officij, neq; virium noſtra-
rum eſt. In recenſione autem gentis cur non ſim
breuior? Nam & ignota eſt eorum nemini,
qui hæc præſertim legent: nec ex imaginibus ſi-
ue facinoribus egregijs maiorum* FRIDE-
RICVM *regem laudare conabimur. Sunt e-
nim hæ alienæ laudes, etſi non prorſus alienæ:
tamen non omnino propriæ. Quin qui ge-
nus ipſi ſuum magnificè efferunt, & à maio-
ribus ſe ornari volunt; hoc ipſo produnt vel
ignobilitatem vel vilitatem animi ſui. Non
enim è mortuis maiores ambitioſè excitarent,
ſi ipſi illorum eſſent ſimiles, quos iactant, &
prædicatione ſingularium laudum alij quoq;
dignos cenſent. Opinione pulchrum eſt, & in-
terdum faſtuoſum, gentiles plurium ſecu-
lorum quaſi ſpectandos exhibere: præſertim,
ſi quis in hoc ſummum decus eſſe aſſerat:
re ipſa pulcrum, ſic virtute præſtare, vt prin-
cipem cuiusque gentis præſtitiſſe arbitremur.
Qui maiores alijs enumerant, vt ex illis ve-
rè magni habeantur, ſine ſua præſtantia;*

ſic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

ſic mihi facere videntur, vt ſi ex poſteris Craſsi inops aliquis Craſsi diuitias iactet, quarum ne teruncium in hereditate habeat, aut ex minoribus Tullijs infans ſuam eloquentiam exiſtimari velit, quod Tullius exſtitiſſet diſertiſsimus Romuli nepotū, vt poëtæ verbis vtar. Falſum tamen haud eſt, vt plurimum generoſos naſci ex generoſis, et virtute excellere, quorum patres virtute excelluerunt. Id vero in ijs fallit, qui in alijs, qui inſignia virtutis non habeant, ſpectatam vel non agnoſcunt vel habent ludibrio. Neq; enim ſimile ita ſe ad ſimile aggregat, vt ad virtutem virtus: quodq; alienum à virtute eſt & vicio affine, à virtutis conſuetudine refugit, nec virtutem amat, cui inuiſum ſit non iniuria. Et rectum eſt genus tueri, vt virtutem tueamur, & propagemus vna: nec tamen non alia ratio eſt propagandæ virtutis, ac forte illa, ſi quis animum aduertat, certior. Fortes, inquit poëta, creantur fortibus. Etenim ex illuſtribus iuncti boni edunt præſtantiſsimos: an non etiam ex humili-

bus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

bus iuncti boni, bonos? atq; adeo meliores, quam ex illuſtri malo, vtroq;, vel alterutro. In generoſa ſtirpe & regia, raro aberrare natura creditur: credo, quòd educatio, & continuatur ipſa, & ſemper accuratior: deniq; inde orti, eos ſe eſſe intelligunt, in quos cæteri oculos conijciunt: vt ſibi à maioribus abire non licere putent, ac propterea non abeant. A tanto enim faſtigio deſcendere, turpe & gentis labes. Itaq; merito tantam ignominiam animo horrent, & omni ſtudio fugiunt. Pæne hoc eſt à ſe ipſo diſcedere, quo nihil habetur inter cætera turpius. Vtrumq; fecit rex FRIDEricus, vt gente regia in omnibus dignum, & maioribus in nulla ſe inferiorem gereret, & quem ſemel virtutum regiarum curſum tenere cœpiſſet, ab eo non declinaret, donec ad vitæ metam peruenit. Vtrumq; nemo, opinor, negabit: vtrumq;, ſed in poſteriore verſabimur maximè, perpetua oratione oſtendemus. Ex maioribus, qui fundamentum regij generis ante plura ſecula iecerunt, præſtantiſſimos viros fuiſſe, dubium non eſt: ordiar tamen

 genus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

genus, cum regis laudationem in manibus habeam, ab Aldeburgicæ atq; Holſaticæ familiæ primo rege: contentus modò pœnè nudis eorum nominibus. Ex Aldeburgenſium Comitum gente perilluſtri emerſerant, qui ab annis plus quàm CCCL. epiſcopas & archiepiſcopas ſumma cum laude geſſerunt: deinceps & duces Holſatiæ, qui & noſtra ætate Holſatiam tenent. Aliquot abhinc ſæculis ducatum Sleſuicenſem tenebat ADOLPHVS, eiuſdem illius familiæ princeps. Eo tempore cum CHRISTOPhorus III. rex Daniæ, idemq; dux Bauariæ, deceßiſſet, ordines regni in ADOLPHum ſe animis conuerterãt, probatæ omni iam ætate in ſenectam prudentiæ, clementiæ, omniumq; virtutum regiarum principem. Si rex ille ſine controuerſia dicitur, qui legitimè ab iis, qui ius ſuffragij habent, creatur, (fuit autem omni tempore regni Daniæ maieſtas penes ampliſsimos regni ordines, & manet etiam hodie, conferturq; in quem ipſi volunt, & à quo volunt aufertur, ſi quis ſimul eam excutiat, in caſtra tyrannidos

tran-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

tranſiens) profectò ex hac generoſa familia primus Daniæ rex, ADOLPHVS fuit. Sed magnanimus hic princeps ac ſapiens, quod ipſe annis iam ingraueſcens, ſi quid grauius ingrueret, non facilimè tantum onus ſuſtineret, quodq́ THEODORICI gentilis filius, CHRISTIANVS, viribus animi & corporis præſtaret, ſibi diadema deferenti, Daniæ gratias egit, & proceribus regni CHRISTIAnum diligentiſsimè commendauit, & auctoritate ſua perfecit, quod & volebat, & ex vſu regni erat. Hoc eſt veræ ſapientiæ: hoc animi magnitudinis quàm rariſsimæ. Vt ſceptro potiantur, frater fratrem, pater filium, filius patrem exſecrabili parricidio trucidant: hic ADOLphus rex, quòd & regno, ſiquidem vellet, & animo, quod maximè volebat, rex, ſceptrum, quod nemine aduerſante, omnibus etiam gratulantibus, manu tenebat, quaſi de manu in manum CHRISTIANO, quem diximus porrigebat. Hoc enim eſt, quod reddebat iis, à quibus acceperat, vel relinquebat, qui traderent, vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

ſiue rogatu, ſiue monitu, digniſsimo principi non negarent, quod tribuerunt æquiſsima voluntate, ſuffragijs liberrimis, nec minus de ſuo, quam de ADOLPHI conſilio. Re & oratione noſtra, non falſo primus eſt: niſi verum ſit, quod in poteſtate tua munus fuerit, tu non acceperis, tuum non eſſe: quo vti non volueris, eius manere, qui donatorem ſe profeſſus fuerat: quorum ego neutrum abeſſe à vero cenſeo. Primus eſt in hiſtoria, CHRISTIANVS, à cuius auctoritate, neq; nos diſcedimus. Succeſsit patri, immo patre viuente & regnante rex creatus à ſenatu fuit, & inſignia etiam regni accepit, maior natu filius JOANNES, qui annos plusquam triginta regnauit, implicitus bellis, quorum alia ceſſerunt minus feliciter, alia vtcunq; ſopita fuerunt. JOANNI patri ſucceſsit CHRISTIANVS II. non aliis ſanè ſuffragiis, vtinam ijsdem veſtigiis, patris & aut diſsimillimus rex: exregis, quam regis nomine dignior: atq; cum hic eſſe nollet, ille nolens factus eſt. Nec tamen ſuperiorum & ſequentium gloriam parum

illu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

illuſtrauit: etſi ſecus, quàm hoc verbum ſolemus vſurpare. Ex huius enim ſæuitia, cæterorum maieſtas magis eluceſcit, non minus, quàm lux è caligine. Quartus rex FRIDERICVS JOANNIS frater, CHRISTIANI II. patruus, regnum in ſuum locum reſtituit: cuius ſtudium pacis perpetuum & ſingularis humanitas prædicatur. Hic diem ſuum obijt, anno CIↃ. IↃ. XXXIII. Quintus erat CHRISTIANVS III. qui nominis amplitudini facile reſpondebat, FRIDERICI I. laudatiſsimi principis, filius: de cuius bonitate & pietate nunquam ſatis, ita anguſto loco, dici nihil ferè poteſt. Pietati & bonis litteris per omnes ſuas prouincias, tanto illuſtriore, quàm rariore exemplo, certa præmia conſtituit, idque regiè, ne videretur facere, quod non faceret, neque aucuparetur nomen domi & foris, vt paſſim faciunt alij, etiam non admodum gloriæ ſtudioſi, ſed vt infamiam declinent. Namque ſacerdotibus, qui docerent populum de fide & officio hominis Chriſtiani, itemque alijs, qui ſe ſtu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

dio ſacrum litterarum addixerant, non parcè
quod & boni viri faciunt, ſed perliberaliter,
vt magnifici ſolent, reditus aßignauerat. Paſ-
ſim aperuerat ſcholas, vbi paullo antè nullæ eſ-
ſent, quibus doctiores quoq; præfecerat. Pecu-
liarem curam pro Academia Hafnienſi ſuſce-
perat, vt doctoribus egregiis abundaret in omni
genere diſciplinæ: & præter ſuæ gentis homines
doctißimos, ex Germania alios accerſiuit, alios è
Belgio. Quod ei ſucceßit facile, quando præmia
non negabat eruditis. Valet enim etiam in ſtu-
diis ſapientiæ, quod in aliis artibus, vt honore
& præmiis alantur. Vt enim vbi tabulæ non
ſunt in precio, neque precium ferunt artificibus;
ibi nuſquam aliquis pictor, niſi fortè operarius
prorſusq; plebeius ille ſit, proprieq; ita minimè
appellandus: ita vbi litteræ, cuiuſcunq; generis
ſint, (ſunt enim variæ, nec earum differentia
& proprietas ſingularum verbo oſtendi queunt)
non honorantur, ſed eſuriunt; ab iis locis abhor-
rent, à quibus ſe arceri, & agi in exilium intelli-
gunt. Antè quoq;, quaſi auorum noſtrorum me-

moria,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

moria, erant ſtudia doctrinæ cis mare Balticum, & in Dania, cæteriſq; boreæ propinquis locis, ſed quædam obſoleta & tetrica. Nunc alia facies liberalium diſciplinarum in hiſce quoq; locis. Cum enim ante annos plus minus centum in Italia vel excitarentur vel renaſcerentur, vel poſtliminio reſtituerentur bonæ litteræ, quæ iacere in tenebris, aut è viuis ſublatæ, aut in exilium pulſæ multis retro ſæculis viſæ fuiſſent: alij in Gallia, alij in Pannonia, alij atq; alij in Germania, ſinguli equidem horum immortalem gloriam promeriti, Ptolemaicum quiddam præſtiterunt, mihiq́; tam nobili, & regio, & diuino nomine Euergetarum non minus colendi videntur, quàm ille princeps, non ſolum à ſuis Ægyptiis, ſed paßim terrarum ab omnibus cultis populis cultus fuit. Hic non poſſum facere, quin indicem, quantum Megapolitani noſtris ducib. JOANNI ALBERTO & ULRICO, fr. germanis debeamus hoc nomine: ſpiritum ducere cœperant ſub horum patruo HENRICO et patre ALBERTO: illorum auſpiciis viuere cœperunt et vigere:

hodie

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

hodie & viuunt & vigent, quod dicerem clarius, ſi abſq; inuidia à me dici poſſe putarem. In Dania, quoquo te vertas, cultus litterarum eſt & prouentus, quem ſuperior ætas ne optare quidem poterat: an non maximè CRISTIANI III. auſpiciis? Non de oppidis loquar, nec de ſcholis: in regia locus eſt litteris: nec familia nobilis, in qua non viri docti: nimirum qui acceptis initiis domi, ad vberiorem quaſi mercatum bonarum artium, in Germaniam, Galliam, Italiam profecti, diuitiis eloquentiæ, virtutis & ſcientiæ ciuilis onuſti domum reuertuntur. Fundamentum igitur felicitatis ſuæ in Dania debent Muſæ optimo illi regi CHRIſtiano III. vt faſtigium filio, regi FRIDERICO II. quod inferius nos quoq; celebrabimus, ipſæ magnificè dicere nunq̃ deſinent. Filios ad imperium educabat: nec tamen expertes eſſe litterarum volebat: quibus tincti quoq; fuerunt, ſed alij aliis occaſionibus, inſtitutum tam nobile & neceſſarium, minus fuerunt perſecuti: qui error non ſolum regum filiis, ſed magnatum quoq;, ac deniq;

diui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

diuitum liberis adeo communis eſt, vt vix turpe eſſe videatur deſerere caſtra Muſarum, & quod durius dictu videtur, nuncium remittere ſtudio ſapientiæ. Dicam non niſi de minima doctrinæ parte: ſi modo illius pars aliqua ſermo Latinus habendus eſt: quod non videtur, ſi eundem per ſe conſideres: videtur idem contra, ſi conſideremus & intelligamus, quantas vehat ceu alueo, animi diuitias. Prorſus enim ita ſe habet, vt qui Latinos ſcriptores tantum ſedulo legat, hunc in eloquentia proficere neceſſe ſit, ſed & alios ingenij interiores fructus decerpere. Sed miſsis omnibus: videmus, quid in quoque oppido fiat, & fieri oporteat, ſi ædes coniungere, ſi ciues velint colere vicinias: nempe, vt ſermonem conferant de rebus neceſſarijs, vtilibus, iucundis: quod fieri non poteſt, niſi communi ſermone vtantur, ni aliorum auribus & ore vti malint, quo nihil incommodius, nec inter priuatos quidquam abſurdius. Similis eſt ratio vicinitatis regum & principum orbis Chriſtiani, quorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

populi cum vnum eundemq́; ſermonem mater-nũ non haberent, nec omnes omnium linguas poſſent perdiſcere; reges Latinè cœperiũt omnes loqui, vel ipſi, vel per legatos, vel per inter-pretes. Poteram forte de neceßitate conuincce-re, nec è longinquo argumenta & exempla pe-terem: ſed quid quæſo honeſtius eſt, quàm re-gem intelligere, non quid aliquis alius, ſed item rex loquatur, & ab alijs intelligi, quid velit? Quod non minus ad regios legatos, & regum familiares, qui illis ſunt à ſecretioribus conſi-lijs, pertinet. Qui turpe eſſe dicat, regem ne-ſcire, regum linguâ boni: huic quid reſpon-deam, ſi velim, non inueniam. Eſt vide-licet hæc lingua regum & ſapientum: neq; mi-nus hoc verum, quàm quod eſt apud poetam, niſi tale quiddam innuit, quum canit, alia l ngua deos loqui ſolitos, alia homines. FRI-DERICVS princeps à litteris alienus non fuit, nec prorſus ex ludo litterario nihil ab-ſtulit: qui quantum maturato iudicio illis tribuerit, & ſtudendum cenſuerit; ex ijs ap-

pare-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

parebit, quæ exponentur inferius. Peradoleſcens quidem à cultu litterarum ceſſabat, vt ſæpe vidi acres animos vltro ad virtutem & res magnas properantes, initio non abhorrere à litteris, qui poſſent etiam in illis progredi, quantum ſatis eſſet. Satis autem eſſe iudicatur (neque nos admodum pugnamus, neque Ennij Neoptolemo plane patrocinantes, neque repugnantes, cui non placebat, omnino philoſophari) quod ad degendam vitam nos promptiores, magis induſtrios, & alacriores reddat. Nec enim ſanè parum profecit, qui tenet, quid fugiat, quid ſequatur: quid taceat, quid dicat: quid obſit, quid expediat. Talia qui ex litteris deguſtauerit, ſemper eas equidem colat, etiamſi repudiaſſe videatur. Sed ad querelam ego hanc ibam: ſi qua ſingularis indoles, aut etiam diuina, tradatur litteris; multum referre in cuiuſmodi formatorem incidat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

quàm doctum, quàm peritum, quàm moroſum, quàm humanum, quàm indulgentem, quàm negligentem. Malo equidem peritiorem, quàm doctiorem: quòd peritior eſt in officio certior, alter in doctrina, vtut alteri conſulat: moroſi deterrent ingenia, & obtundunt impendio diligentia. Vt autem humanitas, accommodata ætati diligentia, & peritia moderantur omnia: ita contra oſcitantia magiſtri & præter tempus indulgentia alumnum ſocordem efficiunt, nec earum rerum auidum, è quibus ſuauitatis longo tempore nihil percipit. Nec tamen eo dico, quod quidquā compererim, cur princeps, adhuc in pueritia conſtitutus, ad alia ſubito ſe conuerterit: quod videlicet mihi curæ nō fuerit, et forte nemo debeat curioſè ſciſcitari. Neq; tamen ſe dedit ille ſtudijs, quæ cum litteris pugnare viderentur: immo in ijs non tam detentus fuit (neq; enim heroicæ ſpei curam remittebat pater, neque quibus pueri vita & ſalus credita erat, officij erant immemores) quàm vltro manebat, & quotidiè exer-

cebat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

cebat; quæ cum litteris pulchrè conuenirent, ad quorum etiam pleraque ipſæ litteræ ducerent, vel ſi hoc non opus eſſet, in ijs ſedulo ac mirificè confirmarent. Nam quid eſt magis conſentaneum ſtudio ſapientiæ, vel hoc ipſum aliud eſſe dicemus, (quin eius magna pars ſit, negari non poteſt,) quàm flagitia, ſcelera, fraudes, iniurias, mendacia & quicquid vitiorum eſt enormium odiſſe, & toto animo, tum ab ipſis, tum ab eorum labe infectis abhorrere: flagitioſos, ſceleſtos, fraudulentos, contumelioſos, mendaces, adulatores, ſycophantas & quicquid eſt talium peſtium, & ſtatim agnoſcere & ferre minimè? quàm contrà voluptatibus corporis nuncium remittere, vel certè multas expugnare, iræ moderari, vel pauca iracundè loqui & gerere, contumeliam nemini facere, aduerſari ſine moroſitate, conditionem tueri ſine faſtu, nihil dicere, niſi quod ſentias, veritatem, tanquam numen, colere? nec aliud Herculem & Achillem & cæteros heroas docuit nobilitatus

hoc nomine Chiron. In hanc vero virtutem primariam ita incumbebat Achilles, vt cum omnium eam eſſe vellet, tamen propriam ſuámque faceret, vnde fluxit eius nobile illud verbum: ſe velut fores Orci odiſſe & exſecrari hominem, qui aliud cælatum teneat in animo, illud ore proloquatur. Vt ad cætera veniam, quæ pauca tamen erunt ex quam plurimis: quàm iuſtum ſe & æquum probare omnibus, humanitatem præ ſe ferre, quæ in animo ſedem fixerit, comitatem & beneuolentiam oſtendere, tum alijs, quibuscum ſis, tùm æqualibus, parem ſe æqualibus facere, eos tuo exemplo elegantiores, meliores, tui cultores eximios, ac tuos denique facere? ne me indagando, lectorem recenſendo torqueam: quàm ijs eſſe occupatum indices, quibus idem & vir bonus fiat, & princeps bonus. Sic in vita priuata nihil erit magnopere culpandum: quando id illud omnibus numeris perfectum hactenus in quæſtione

ma-

manet in philoſophantium porticu, in campum ante oculos omnium nondum prodit: ſic fundata reipublicæ ſeu regni felicitas, quantam etiam homines hominibus largiri & conſeruare poſſunt. Sunt credo hæc, quæ recenſui, et quæ huius generis: quanta ſint, non dico, tum quod ego tantum dicendo non valeo, tum ne mihi eius intelligentiam ſoli videar arrogare, quod neminem mortalium ignorarare arbitrer: nec tamen abſurdè vno verbo dixerim: hæc eſſe omnia, ſiue in his eſſe omnia vel potiſſima. Cohærent enim, quæ animi fortis et magni ſunt, et manu quoq; adminiſtrantur. Nec tamen hac de re ſubtiler diſputabo, vt docti, qui bonis rationibus virtutum perpetuam quandam connexionem probant. Nos vero hic de communibus tantum officijs loquimur, quæ ipſa quoq; ſibi diſſentanea non arbitror. FRIDERICVM in illis eſſe oportebat, & vt ex ſama hominum & certis hominibus accepimus, atq; ſequentis vitæ curſus omni parte confirmauit, libenter in ijs erat,

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

& ſerio in medijs etiam iocis. Cum omni æ-
tati & omni ordini, etiam regibus & ſapien-
tibus, in ludis iocisq; eſſe liceat & conueniat, in
ijs eſſe, & laudabiliter verſari iuuenem, cul-
pabit nemo, niſi qui neſciat, quid laudabile ſit,
quid reprehenſionem mereatur, qui antiqui-
tatem non cognorit, qui diſciplinam Laconi-
cam non viderit, qui humanæ vitæ rationem
nullam teneat, qui vrbanitatis fragran-
tiam non fuerit odoratus. Verum ego ad
alios ludos properabam, qui & ornant prin-
cipes, & ſunt quaſi rei bellicæ præludia. Non
tenet poſtremum locum in his venationis
ſtudium: quam neque fruſtra imaginem
belli dixerunt veteres: nec quis eam vitu-
perauit, niſi humilis quiſpiam & parum
ſanæ mentis: exercuerunt fortiſsimi qui-
que, laudibus exquiſitis affecerunt ſapien-
tiſsimi: mellitiſsimus Xenophon venationem
monumento ſingulari illuſtrauit, neque
neglexit in explicatione ciuilis doctrinæ
peripateticorum princeps. Qui priua-
tos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

tus hac non capiatur, veternoſi eum eſſe animi oportet: quid dicam de regum filiis? Neminem eſſe arbitror, quin florens ætate in campum, in ſyluas, in ſaltum cogitet, & interdum ea cauſſa ſomno detrahat, vt vel leporem aut hinnulum canibus agat, aut ceruum iaculo figat, aut venabulo ſpumantem aprum excipiat? Dicerem imitatum fuiſſe Cyrum, vel Aſcanium, quod vtrumq; exemplum placet: ſed exemplo non opus fuit, neque è Perſia, neq; è Græcia, neq; ex Italia petito: omnes faciunt, & rectè faciunt: nec rectè, quod omnes, ſed quod natura inſtigat, ratio iubet: non libeat alias tangere: vna placet, hic ſilentio non premenda. Qui agros colunt, longius abeunt à malo: ſunt animis contentis modico, fraudis expertes, fœnoris neſcij, ſine ſiti honorum: qui venantur, abeunt ab otio, à ſomno, à laſciuia, à faſtu aulico, à pluribus, quæ ſtudio fugiat, qui probè, quæ fugienda ſint, animo perceptum habeat: accedunt ad laborem, ad famem, ad ſitim, ad frigus, ad æſtum, ad pluuias, ad vigilias, ad periculum: quæ qui tolerare &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

ſubire didicerit, non leue ſibi præſidium pararit ad artem bellicam, adeoq; iſto loco natus ad imperatoriam: vbi ſemper periculum, ſemper inſidiæ, ſemper labor, ſæpe ſitis, ſæpe fames, modo æſtus, modo frigus, tempeſtas omnis generis, excubiæ viciſsim militibus, pænè perpetuæ ducibus, nuſquam imperatori ſomnus, vel quod mireris & res eſt, in profundo, ſi accidat, ſomno vigiliæ. Adde, quòd, vt in ludis condiſcipuli, commilitones in militia; ſic in venatione, (quo dicam nomine non habeo, vtroq; non malè forſan vtar) & condiſcipuli & commilitones: quando ibi quædam militia, vt ſupra diximus, & certa diſciplina: de cuius hic vna parte hoc pulchrum, quod quemadmodum illi vtrobique diuturna conſuetudine ſimilibus moribus adſueſcunt, & ſemina iaciunt amicitiæ ſincerioris; idem ego venationum ſociis euenire ſuſpicor, vt ſe ex hoc ſtudio ament, & ita animis per ſimilia ſtudia coniunctis amicitiam ipſi ineant, quam deinceps annis quoque ingraueſcentibus colant. Nec fieri certe aliter poteſt, cum exer-

citium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

citium hoc multa habeat, vel ſimulacra, vel principia virtutum. Fuit tamen in hoc ſtudio FRIDERICVS princeps, non magis, quàm principem deceret, neque vt ex principe venator fieret. Venator in luſtris cum feris vitam degit, easq́; vel perſequitur, vel ſeruat, vt perſequatur: nec veriorem vitam ipſe nouit: quod cum princeps facit; ſui ipſe obliuiſcitur & ſuorum: atque tum rempub. ita iactari neceſſe eſt, vt in alto nauem: ſi in media ipſa forte gubernator alea ludat, nauem credens tempeſtatibus, vel clauum relinquens imperito alicui nautæ vel improbo. Nam, quòd in naui raro fit; id frequens eſt in republicæ, vt quaſi cuidam mercenario, ſalus ciuium credita ſit: qui neque populi ſalutis, neque ſuæ rationem habeat, neq; adeo ſit ſollicitus, ſiue cum aliorum exitio emergat, ſiue ſimul & ipſe pereat. Verum nos in alios non inuehimur, vt FRIDERICVM laudemus, ſed dum FRIDERICVM laudamus, facile eſt videre, quàm indignum ſe faciant principes & reges, ſi munere ſuo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

omiſſo, quaſiq; abiecto, ab hoc diuerſum, quamuis per ſe laudabile, è quo tamen voluptatem atque etiam vtilitatem capere cum laude poterant, perpetuo, non ſine reprehenſione bonorum, & cum iuſta indignatione ſuorum, gerant. Juuenis frequentius venabatur, quod licebat etiam quotidie: vbi imperium adeptus fuit, quotidie fecit, quæ regis eſſent: venationi operam dedit, cum & negotia permitterent, & anni tempus inuitaret. Hoc enim neq; cum officio regis pugnat, neque cum dignitate regia. Venatoris enim voluptas eſt, non dignitas aliqua: & à venatione ceſſare debet, qui ius dicere, conſilium de ſalute ciuitatis capere, leges condere, denique hoſtium furores propulſare velit, & debeat. Adoleſcens vero etiam artem equeſtrem colebat, neque vllam eius partium negligebat, quod dignum eſt vnoquoq; nato equeſtri ordine: quanto magis principe, & futuro rege? Nec minus hæc ipſa curæ eſt Germanicæ iuuentuti & Danicæ & plurium vicinorum regnorum, quàm olim Græcæ heroum turmæ in Pelio: quorum in

hac

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

hac arte excelluit etiam is præ æqualibus, cui palmam ſapientiæ ita tribuit ſummus imperator Græcorum ad Troiam, vt ſaluum ſe ſuosq́ omnes fore ſpondeat, ſi eius ſimiles decem in vniuerſis caſtris habeat. Neque à FRIDERICO principe ludi equeſtres neglecti fuerunt: etſi ludicra illa certamina magis frequentari ſolita, pluribus antè ſæculis, monumenta etiam docent. Qui reliquias talium ludorum, Romanis vtilitate & dignitate præſtantium, conſeruant; de ordine equeſtri, de arte militari, atq; etiam de ipſa virtute non malè mereri exiſtimandi ſunt. Qui abolitam penè conſuetudinem, ſiue diu intermiſſam, aut negligentius habitam, reuocaret in vſum crebriorem & in integrum reſtitueret; nouo beneficio Germaniam, & populos vicinos, amicos imperio, afficeret, &, vt de quibus ambigi non poteſt, nihil dicam denuo, omnes inflammaret admirabili priſcæ virtutis ſtudio. Nulli enim maculoſo aut turpi patebat acceſſus ad illos ludos equeſtres. Arcebantur enim, qui generis dignitatem minuiſſent;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

vt qui feciſſent adulterium, qui virginum pudicitiam tentaſſent, qui fidem fefelliſſent, etiam qui fœnori ſtuderent & mercaturæ. Vt vt enim quædam mercatura nobilis ſit: plæroſq; ad malas artes ſeſe conuertere, vt profectò ſtudia militiæ colere non poſſe, iudicabant: in qua ſententia videntur fuiſſe quoq; Lacedæmonij. Cultores enim habebant agrorum Heilotas, & aliis reliquas operas & artificia mandabant: ipſi in otio, duriter tamen, viuebant, ſine luxu, animos & corpora iis rebus exercentes, quibus facile hoſtibus eſſent ſuperiores. Sed priſca illa ſæcula nemo facile reſtituet, aut vix tandem id multis poſt ſæculis fieri poßit. Nec minus tamen laude dignum, æmulari veteres, ſi aſſequi non poßis, cum in aliis, tum in laude militari. In iis autem, quæ dixi, ita erat princeps FRIDERICVS, vt multa quoq; iuſti, prudentis, & cum primis munifici principis exempla ederet, cumq́; virtutem adoleſcẽs beneuolentia ſemper compenſaret, & cum poſſet etiam beneficio, regem aliquando munificentißimum plærique futurum augurabantur. Voto huic & omini

euen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

euentus ſtatim reſpondit. Sapienter enim proſpexit rex CHRISTIANVS III. non minus filio, quàm regno Daniæ, FRIDERICO principe ad ſucceſsionem ordinibus commendato: ſapienter voluntati ſiue petitioni regis ſui optimi obſecuti fuerunt regni Danici proceres, & legitimis ſuffragiis, beneuolentiſsimum ſibi principem, & hoc potiſsimum nomine cariſsimum, regem deſignarunt. Pater decedebat anno abhinc XXIX. inter medias preces & ſuas & familiæ regiæ, vt ſanctius rex regno abire non potuerit. Quæ illo tempore paſsim gererentur, prætereo omnia: gliſcebat bellum Dithmarſicum, quod attingendum eſt. Hoc enim primum tirocinium imperij regis FRIDERICI II. qui in eo etiam ſecundus fuit. Regio eſt Dithmarſia, ſita ad Holſatiam: eaq; XXXV. millibus paſſuum in longitudinem, & ferè totidem in latitudinem patet: ambit eam ad ortum Eidora fluuius, ab occaſu tuetur mare Britannicum, ad meridiem claudit Albis, ad boream cingunt foſſæ (tota enim illa paluſtris) & caſtella muniunt.

Qui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Quibus Dithmarſi multis retro ſæculis paruerint, & à quibus ſe ſæpius in priſtinam libertatem vindicauerint; hiſtoriæ eſt, non huius loci, à quo etſi ſtudio multa remouemus, tamen ſatis multa torrentis inſtar affluunt, peccato etiam aliquo meo. Quis tamen improbet, ſi à primo huius inclytæ gentis rege exorſus, perſtringam, quæ huc pertinent? Anni ſunt hodie CXIIX. quum FRIDERICVS III. imperator Rom. CHRISTIANVM I. ducem Holſatiæ creauit, eidemq́; ius dedit in Dithmarſos: quod iniuſtum eſſe, nec imperio dignum iudicaret, populos incultos, bellicoſos fortè, ſed nulla alia virtute præſtantes, non alio, niſi ſuo imperio teneri, & in luxu cum ſumma licentia viuere. Sed tum rex Romam religionis ergô abierat. Reuerſus neq; rationibus, neq; pollicendo, neq; interminando Dithmarſis perſuaderi quidquã potuit: nec armis eos ad parendum, quamuis tentaret, compulit. Dithmarſi prætendere, ſibi charam eſſe libertatem à maioribus acceptam: nefas eam prodere, ſeq; in ſeruitutem dedere:

dere:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

dere: tamen etiam parere Bremenſi Archiepiſcopo. Monet deinceps contumaces mandati imperatorij JOANNES rex Daniæ, CHRISTIANI filius: ni dicto audientes ſint, bellum & omnia extrema minatur. Nihilo magis mouentur, quàm antè, maiores animos pro libertate & vita ſumunt, & ingruens bellum, cui tamen pares futuri non putabantur, defendere cogitant: denique vitam profundere, quàm ceruices iugo ſubijcere malunt. Rex indignatus bellum decernit, neceſſaria bello parat, auxilia è ſuis regnis conuocat, alia ex Germania aduocat: in cæteris adſciuit certam legionem fortiſsimorum militum: hi ex variis gentibus confluxerant, & iam erant veterani. Duobus enim annis antè fidelem operam & felicem regi JOanni aduerſus Suecos nauauerant, & nuper admodum MAgno, duci Saxoniæ, Hadelarios recuperauerant. Quid ni in maximo metu eſſent miſeri, gens non populoſiſsima? tamen, quo ſibi grauius imminere periculum intelligebant, hoc accuratius parabant omnia, ad vim inſtructiſsimi exercitus ſuſtinen-

ſtinendam & propulſandam. Poterat ſibi rex certam victoriam polliceri, & benè ſe habebant principia. Etenim primo aditu Meldorpium expugnabant, ad vnum omnibus trucidatis, quô terrore incuſſo cæteris, Dithmarſiam facilius ſubiugaret. Rex igitur copias vlterius ducit, non aperto loco, quòd ibi non ita lati campi, ſed per anguſtias viarum, quæ vtrinq; foßis cingerentur. Cum iniquis locis eſſent conſtituti, vt neque regredi, neq; in alterum latus abire, neq; aut explicatis alis aut conferto agmine progredi poſſent; alij armis hoſtium confoßi, alij in paludes demißi perierunt. In foſſas enim, quas diximus, immittebant aquæ, quantam vellent, copiam. In ea clade quoque nobilitatis Holſaticæ flos occidit, & ex ordine equeſtri fortißimi viri XXC. duo item comites Aldeburgici, regis patrueles, ADOLPHVS & OTHO GERHARDI filij, JOANNIS fratres: rex ipſe cum fratre fuga vix elabi potuit. Nimirum neq; ſæuitia viam munit ad victoriam, & feſtinatio partam ſæpe profundit. Eſt enim

inimi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

inimica conſilio, tum maximè, primo aditu, quando conſilio vti neceſſe fuit: properant non ſine cauſſa, qui, re benè deliberata, nihil tale cogitantes & oſcitabundos opprimere in animo habent. Nec euadere ei facilè eſt, qui ſe in arctum vel ipſe incluſit, vel tanquam caſsibus irretiri paſſus eſt: quam nobilem fraudem priſco ſæculo Xerxi feliciter ſtruxit, & parua manu, nec ſine diuino beneficio, immanes inuictiſſimi regum, vt putabatur, copias deleuit, & ipſum in turpiſsimam fugam egit Themiſtocles. Ab Holſatis à patrum memoria deinceps nihil tentatum fuit: ac diuturna illa quies, quæ fecit haud dubiè, vt ſuperioris diſcriminis minores obliuiſcerentur, quod in oculis habere quotidie & meminiſſe eos oportebat, qui libertatem auitam aſſerere animis conſtituiſſent, Dithmarſos ſecuritate imbuit. Holſatis contra clades illa animo ita profundo inſederat, vt nihil magis, quàm illum diem videre vellent, quo inuiſi ipſis populi cæſi, perpetua ſeruitute opprimerentur.

Tandem vndeſexageſimo anno poſt, vita functo K. Ian. rege CHRIſtiano III. renouatum fuit bellum Dithmarſicum, ab hoc rege FRIDERICO II. eiusq́ patruis IOANNE & ADOLPHO ducibus Holſatiæ: confectumq́ ita fuit vno menſe, vt Dithmarſi victi, & rex FRIDERICVS cum patruis communi victoria potitus fuerit. Hac felicitate prima, ſe primo imperij Danici anno diuinitus ornatum ſenſit rex FRIDERICVS II. neque ex hac fortuna animos ſibi maiores ſumpſit, cogitans & ſe expoſitum eſſe omnibus caſibus, & ſi quid in victoria boni ſit, DEI hoc eſſe beneficium, qui immemores ad pœnam vocet, ne dum nouis meritis cumulet. Videar hic forte breuior: nec tamen plura me debere exiſtimo: quod omnia ſunt in ſenum memoria: quæ ex patribus filij itidem acceperint: qui neſciant, ſciſcitari è monumentis, quibus ea conſignata ſunt, petere nullo negotio poſſunt. Tum vero victor optare poterat, omnisq́ cum eo Dania, quod ille apud poëtarum principem:

Ως Ερις

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Ως Ερις ἔκτε θεῶν ἔκτ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο.

Satius enim fuerat perpetua cum cæteris, & paribus & melioribus bonis pace frui, quàm vel ſeditionem experiri, vel aliũde bellum ſuſtinere. Quin hoc vnum ex muneribus regiis primis, pacem cuſtodire, bellum profligare, belli etiam cauſſas præuidere, & diſpicere, ne lateant. Fit, vt digitulo ſcintillam conterens, ab ædibus vel oppido incendium auertas. Ita rex magnam rem gerit, nec laurea minorem, qui occaſionem malo non dat, aut ab aliis datam amputat vel depellit. Contra, vt ſcintillulam ventulus mouet, ex qua flammæ tanta vis erumpere & latè populari poſsit domos contiguas, quaſi ſtipulas, vt incendium vix exſtinguatur maximis imbribus: ſic belli cauſſa tantilla ſæpe eſt, quam ſapiens nullam dixerit, & vix leuis ad ipſum occaſio, cui cum afflatur aliquid mali conſilij, illud naſcitur, quod neque tragico ore decantari ſatis poteſt. Hæc eſt illa Eris Homerica: quæ Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras, Ingrediturq́; ſolo, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

caput inter nubila condit. Si vellem à poëtis in campos oratorum deſcendere, qui lacrymas pupillorum, & ſolitudinem viduarum, qui virgines & matronas, abreptas vel ſtupratas, qui ver iuuenum è rep. ſublatum, qui robur ciuitatis cæſum, qui ſenes mactatos ſeu victorum pedibus calcatos, qui euerſa palatia, deiectas ceu fulmine turres, æquata ſolo omnia, vrbium cadauera, ob oculos ponũt lectoribus: longus forem, & importunus. Scriptores aũt hoc bellum itidem exponẽt, Dithmarſico recentius. Ortum enim fuit quadriennio poſt. Fama eſt, acerrimum hoc ſeptem annorũ bellum, inter duos ad aquilonem potentiſsimos, FRIDERICVM II. Daniæ, & ERICVM XIV. Sueciæ, reges, ætate florentes, claſſe vtrinq; & neruis belli inſtructos ex minimis initiis exarſiſſe in tantam vicinarum gentiũ calamitatem. Terra mariq́; pugnatum fuit ſæpius: ſed maritimis præliis nihil tætrius, nihil exitioſius: ſæuiente Martis illa alea dubia: nauiũ aliæ captæ, aliæ demerſæ, aliæ incendio conflagrarũt: pugna ſemper non niſi cruentiſsima, cum

inter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

inter cadauera in ſanguine cæſorum conſiſtentes manus conſererent, & mare cruentum circa claſſem cõſpiceretur: fuſa quot millia vix auſim profiteri, in quibus fortiſsimi quiq; viri & nobiliſsimi: nec illam cladem multiplicem oratione quis explicet: nec tot annis ferè quis fuit, qui ſibi victoriam addiceret: ſæpè ſuperior erat Suecus, nec raro ſuperior Danus. Exhauriebantur vires Daniæ, Sueciæ, Lubecæ, ſiue de claſſe, ſiue de militib., ſiue quæras de pecunia: cudebatur vtrinq; quantum poterat conſilij, animis vtrinq; infeſtiſsimis, & indies infeſtioribus: fumum tanti incendij pæne his oculis in hoc littore, vel de hiſce turribus conſpeximus, nec paucos amburere flammæ viſæ fuerũt: nec illi finem ſæuientis tantopere calamitatis videbant, nec alij præuidebant, quis eſſet belli crudeliſsimi futurus exitus: ita omnes, iram numinis nõ facilè placari, ſenſimus. Niſi enim pœnas Deus de plurimis ſumere decreuiſſet; id malum ſedari initio facilè quiuiſſet: quod ſecus factum vidimus. Initio enim potentiſsimos, eosq; vtriq; regi principes & reges

bene-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

beneuolentiſsimos audiebat nemo: qui ſolliciti de vtriusque gentis ſalute, amiciſsimo animo, ſplendidiſsimas legationes, quæ pacem conficerent, in viciniam miſerant. Ita frequentes in hanc vrbem venerant, & ita multos apud nos menſes commorabantur: crederes ibi tum, non hic emporium, non academiam, ſed regiam eſſe: ita ciuibus tum videri, ita hoſpitibus, qui ex interuallo huc commearent. Tanta tamen tot principum auctoritas, plurium legatorum conſilia, nihil prorſus valuerunt, vrgente videlicet exitium populorum fato. Ego enim, quid aliud dicam, neſcio. Erat ERICVS ignei animi princeps, & dotibus ingenij præditus pænè ſupra conditionem mortalium: vterque rex æquè ſitiens victoriæ: ſed ille ſiue in feruore conſiliorum, ſiue occulta quadam cauſsa, quam inueſtigare mihi non libet, nec erutam forte quis aliis perſuadeat, mente motus, quæ in regno ſuo moliri cæpit, alia mirentur omnes, alia ferri non poſſent: nec ipſe amplius ferebat, cum bellum ferueret nihilominus.

Regnum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Regnum igitur adire neceſſe habuit, ERICI frater, IOANNES III. rex ipſe Sueciæ: uiuente fratre, ſed nunc impare regni faſcibus, à quo ille grauiſſimas iniurias acceperat: nec minus vero necceſſe habuit bellum, quod cum regno acceperat, perſequi: etſi forte otium malebat. Neq; enim ipſum vna mouerat, neq; ſuaſerat, neq; potuerat, qua conditione ille tũ erat. Statim ſuſpicabantur omnes, belli aliquam inclinationem eſſe iam factam, & ſperabant, non ſolum gentes illæ, quas hæc tam atrox laniena pænè confecerat, ſed etiam vicinæ, ad quas caritas rerum intermiſſis mercimonijs redierat, pacem non iniquis conditionibus coituram. Ad curam etiam & cogitationem priſtinam redibant, quorum antè mentionem fecimus, amici vtriusq; regis, principes longè optimi, Imperator MAXIMILIANVS II. reges alij, item ſeptemviri, & multi principes Germaniæ: miſſæ fuerunt & legationes belligerantium inter ſe regum: conuentum fuit Stetini in Pomerania: actum de con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

trouerſijs dirimendis ſedulo: confectum negotium, quod ante ſeptennium confici rectius potuerat. Ipſa credo neceſſitas cogit mortales bellū deponere, pacem colere. Itaq; pax certis conditionibus tum conſtituta eſt, quibus annos iam duodeuiginti, vtriuſq; regni commodo, conſeruatur. Non poſſum facere, quin votum, quod meæ quoq; ad regem Daniæ electum, CHRISTIANVM IV. conſolationi inſerui, hoc loco repetam. Vtinam perpetuam pacem iſti adboream populi colant: nihil illis dignius, quòd vicini, quòd pænè idem ſermo, quod multi in ordine equeſtri conſanguinei. Sed cauſæ mortalibus in vniuerſum erat plus colendæ pacis, quàm excitandi belli: vt inter priuatos colendæ amicitiæ, quàm agitandæ inimicitiæ. Quod omnia ſecus fiant, adſcribamus vel peruerſitati vel infelicitati generis mortalium: quarū hæc noſtram naturā vltro comitatur: eandem altera accēdit et amplificat. Quiete parte vtriq; regno, FRIDERICVS rex et pacem tutatus fuit, et ōnia pacis ornamenta, dilapſa vel obſcurata belli adeo grauis & diuturni motibus, in

Da-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Daniam cæteraſq; prouincias paullatim reuo-
cauit, à cultu numinis & liberalium doctri-
narũ, exemplo patris auſpicatus. Patri autem
in vtroq; par fuit, vel ſuperauit etiam patrem.
Faſtigium enim huic rei impoſuit: etſi qui fun-
damentũ iecit, non equidem minus beneficium
dederit. Sed hanc laudẽ æqualiter inter ſe par-
tiantur, ſi viuant, pater et filius, vel cum con-
tentione alter alteri ſuã propriamq; laudẽ defe-
rat cupidè, vt contendere illa inter ſe merita ni-
hil opus ſit. Quod ad religionẽ, innouari quidq̃
vetuit: ad præſcriptũ ſacrarum litterarum in-
formatã arbitratus: diſputationes de obſcuris
quibuſq; ſiue controuerſis capitibus in vulgus
ſpargi noluit. Intelligebat enim pleroſq; tum
ſentẽtijs diſsidere, tum animis diſtrahi: et facti-
onibus natis ſeditiones ſubito exoriri, quas ca-
uere quoq;, quàm ſopire, rectius ſit et facilius.
Nec aberrauit, qui ſtatuerit, pietatis nequaq̃
altercari, neq; ipsã poſitã in acumine cõtentio-
nis (in maledictis enim an non ſumma impie-
tas) et palma diſputationis, ſed in mente auer-
ſa à fanaticis opinionibus, veritatis deſide
rio incenſa, in animo abhorrente à turpibus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

ſtudioſo virtutis, in actionibus honeſtis & beneficis, omnibus relatis ad primum auctorem, occupato. Nec ipſe magis cognoſcere laborabat abdita, quàm facere recta, quæ Deo grata eſſe non dubitaret: atq; ita preces pro ſe, & regno facere numquam ceſſabat, paucis cum cærimonijs, quæ moueant forte vulgus, certum in ſe animi argumentum nullum habeant. Res ipſa teſtimonium dicebat locuples: quod omne conſilium ad beneficentiam conuerteret, in cuius functione haud ſcio, an omnibus virtutibus poßit ſatisfieri: omnes certè regij officij partes ea contineri videntur; & cum primis, ſacerdotes, qui vacarent precibus, & erudirent alios de cultu DEI & officio, per vniuerſum regnum ſic ornabat, non ſolum, vt nulla re egerent, nec quidquam precario petere neceſſe haberent, ſed abundarent omnibus, quò ſine cura in ſacris litteris eſſe poſſent, vxorem quiſq; et liberos alere, honeſte educare, egenum ſubleuare, hoſpitem eleganter accipere. Nec vero non hoc eſt adeo memorabile, quòd maximum, ſed

ita

ita rarum, vt è non multis gentibus exempla peti poſſint. Sunt quidem regna, in quibus antiſtites ſacrorum ob copiam otio torpeſcant, et luxu diffluāt, et quiduis potius curæ ſibi habeant, quàm diuina oracula, & vitæ ſanctimoniam: vbi contra alij miſerè egent, nudi à veſtibus & calceis, ſitiunt, eſuriunt, vt à tenuitate interdum ad mendicitatem deijciantur, aut certè in rem domeſticem ſic neceſſario incumbant, vt diſcendi, meditandi, & faciendi officium, tempore pæne omni excludantur. Apud Hebræos omnibus æquè, prout quiſq; munus gerebat, erat prouiſum: atq; itidem, ni fallor, apud apud Ægyptios. Illorum rationem nemo ignorat: Ægyptijs omnis populus erat diſtributus, in colonos & operarios, in magiſtratus & belli ſtudijs deditos, in ſacerdotes & reliquos litterarum cultores. Vnicuiq; ordini abundè erat, idq; ſiue inuidia, quod vnicuiq; ſuus labor. Alij erant in curia, in iudicijs, in militia: alij in agricultura & opificijs: alij in religione & ſtudijs ſapientiæ. Secus enim ha-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

bet, quàm plebs iudicat, quum otioſos eſſe autumant, qui meliore ſui parte numquam quieſcunt, ac ne tum quidem, cum ſomnũ capiunt, niſi potius ſemper ipſi vigilant, etſi opus non faciunt. Nec tamen hic ego fucos tueor, ſemper inuiſos apibus, in quarum alueolos irrepuut vel irrumpunt, & quanquam nec mellificant, nec vllum laborem ſubeunt, miſerè tamen deprædantur fauos. Nec boni in bene conſtituta legibus ciuitate ſibi inter ſe inuident: & in bonis habendi non ſunt, qui non obeunt ſuum munus, quod ſi vel minimum ſit, cum ſua cura, moleſtia, labore cohæret. Non minus munificè & prorſus regiè proſpexit rex erudientibus minores, qui vel eccleſiæ aliquando ſeruirent, vel reipublicæ. Certe enim hoc tam neceſſariũ, quàm alterum. Ut enim niſi fundi ſubacti ſint et conſiti, non eſt quod fructuoſam meſſem et vbertatem annonæ ſperes: ita niſi ad ſapientiam educetur tenera ætas, fruſtra quæremus paullo poſt, qui ſacras litteras profiteantur, qui ius æquum dicant, qui conſilijs rempulicam fulci-

ant:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

ant: nec reperietur bonus et eruditus aliquis, cui
demus bonis moribus et litteris erudiendos no-
ſtros liberos. Non dicam in alios, qui ludis lit-
terarijs et ſcholis etiam regijs malè conſulunt,
quod neq; doctores idoneos inueniunt, nec ijs
neceſſariam mercedem tribuunt, & quia hic
& ſordidi, illos inuenire non poſſunt: ſed hunc
campum mihi relinquendum video, & alienis
à re relictis, regem FRIDERCVM in cœ-
lum laudibus efferam, ſi poßim, qui veteres
ludos conſeruarit, nouos aperuerit; illos am-
plificarit, hos pro regia munificentia dotarit:
prouiderit, vt viri modeſti & eruditi pueri-
tiam ex omnibus ordinibus erudiant, vt for-
tunati ſibi de educatione bona & libe-
rali proſpectum gaudeant, humiles ſe non ne-
glectos, tenues etiam ſubleuatos intelligant. Et
Academia porro Hafnienſis abundat viris
doctis in omni genere doctrinæ: atq; illis præſtã-
tibus viris minimè inuidendũ, ſed eo nomine
quoq; gratulandum Daniæ, quod in otio quiſq;
ſuã Sparten ritè adminiſtrare poteſt, intentus
ſuo muneri, liber à ſordida cura rei familiaris.

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Non igitur mirum fuerit, paſsim etiam fortunatiſsimis & nobiliſsimis, ſed iiſdem longè doctiſsimis & humaniſsimis, quaſi conſitam eſſe Daniam, quod me non fugit, cui amici illic non pauci & ſingulares. Cum enim domi fuiſſent inſtituti liberaliter, adierunt non ſolum Germaniam, quando pæne populares eſſe iudicari poſſumus, præſertim ſi Saxonas reſpiciamus, ſed & Galliam et Italiã, non tam vt peregrinas linguas & mores longinquos importarent in patriam, quàm vt bonos mores, vſum aliquem rerum, rectè loquendi rationem, copiam conſilij domum referrent: quæ omnia optimos illos viros video optimè collocare, vt non ambitiosè contendant de honoribus, nec iniuria vel quibusuis malis artibus diuitias ſibi comparent. Nec eo ingenio ſunt, neque ſic educati: & is eſt regni florentiſsimi ſtatus, vt neutrum ipſis neceſſe ſit. Poſsident namque latifundia: neque abundant, vt ſuos premant, cum ſuorum neminem quis egere patiatur: & ipſi ſunt honoratiſsimi,

pe-

penes quos, quod & ante oſtendimus, diademaτis conferendi munus. Poſſem, quos omnem laudis prædicationem mereri aſſero, ex iis nominare plures, qui rebus maximis præſunt: et eum, qui ſub hoc axe, velut alter Atlas mentis perſpicatiſsimæ quaſi humeris Olympum ſuſtinet. Sed neq; magno animo qui ſint, in os laudari velint: nec in os alios aliquis laudet, niſi abiecto idem & humili animo, cuius etiam prædicatio, nec in præſentia, neq; ad poſteritatem ponderis alicuius ſit, nedum teſtimonij dictionis vim habeat. Illi igitur præ aliis gratioſi erant apud regem: illis primus ad regem acceſſus: illi ad honores vocabantur antè, quàm peterent: illis præmia erant decreta, quanta dare rex & benigniſsimus & opulentiſsimus poſſet. Quare fiebat, vt ita quiſq; ſuos filios educaret, & adoleſcentes, qui hæc viderent & audirent, æmularentur cæteros, quibus animus, conſpectus, ſermones regis optimi paterent: dignitas parata eſſet, paratæ opes, ſi quis etiam has concupiſceret. Quis autem quid horum contemneret? Cuius enim animum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

opes non præſtringerent, vt ſi quis omnibus ad-
flueret, aut ſuam conditionem æqui boniq; face-
ret; is moueretur honore, quem ipſe etiam ma-
gnanimus, qui omnium virtutum apices decer-
pit, præ omnibus, ſiue ſpretis omnibus, ſectatur
accuratiſsimè. Hunc quoq; adeptus, quis regi
humaniſsimo & ſuo regi, charus eſſe non aueret
ſummo virtutis cultori & ſapientiæ, vtriusq;
præſidi, cenſori, & brabeutæ? Hæc regnan-
te FRIDERICO contentio ardebat, opta-
bilis ciuitati, optabilis etiam regno, vtilis mor-
talibus, celebrata à ſapientibus, ab ipſo Ioue no-
bis propoſita, defixaq; in terræ altis radicibus:
ipſaq; ab ita pulchris & multis exemplis propa-
gabitur ad ſeram poſteritatem. Diffundebat
autem ſe non fama ſolum, ſed radij quoq; huius
regiæ magnificentiæ erga muſas longè gentium.
Namq; FRIDERICVS præmia tribuit non
longinquis ſolum belli ducibus, ſed quibuſdam
etiam viris eximia doctrina præditis: atq; vix
ille aliquem dimiſit indonatum, qui munumen-
tum, in quo nonnihil ſalis ineſſet, è penu ingenij
depromptum, attuliſſet. Namq; etiam ipſos co-
natus

natus laudem mereri, & ope aliqua dignos eſſe iudicabat, ne plures litterarum ſtudia abijcerent, nec repullulaſceret, nondum funditus exſtirpata, barbaries. Nec vero ſine iudicio tribuebatur, quodcunq; illud erat muneris: ſed merces operi reſpondebat, vt qui non niſi ingenij ſpecimen edidiſſet; hunc induſtriæ ſuæ, quam poſuiſſet, non pœniteret: qui opus egregium abſoluiſſet, tam acutiſsimorum cenſorum plauſu, quàm præmio regio lætaretur. Legunt enim ſenatores regij auidè, quæ adferuntur, cognoſcunt diligenter: doctè iudicium faciunt: nec ab horum ſuffragiis rex abibat longius, quodq́; perliberaliter ipſi cenſuiſſet, ſic ratum habebat, vt adderet potius aliquid, quàm minueret. Sic enim præmij maior eſſet dignitas, ſi non ſolum præſtantiæ operis, ſed maieſtati quoq; donatoris eſſet conſentaneum. In alium campum ex hoc litterario digredi conſtitueram, ſed quando iamiam ducum militiæ mentionem feci, mihiq́; meo arbitratu, quæ cæpi dicere, dicere, niſi fallor, licet: ſic iis tribuam ſecundum locum, vt primum deberi poſt ſacros antiſtites (primi enim hi, quando poſt regem, à

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Deo primi; ſi eſſe volunt, quos ſe profitentur, & eſſe debent) non negem. Sunt enim muri ciuitatis, & propulſatores immanium ſæpe hoſtium, & calamitatum, quas illi inferrent, auerruncatores omnium. Quare ipſis merito primæ à regibus tribuuntur, & æquiſsima voluntate à ſapientibus conceduntur: vt contra ex illis, qui ſapiunt, ſapientiæ palmam non negant, quam ipſi quoq; reges animo proni adorant. Verum nos contentionem facere ſtudiorum Mineruæ et Martis, non inſtituimus, cenſemusq; cultorum Mineruæ id eſſe modeſtiæ, vt cultoribus Martis cedant, nec ratione, ſi poßint, adimant, quod illi potentia, optimoq; iure ſuo tenent. Qui enim nos à maximis malis vindicant, & tuto loco conſtituunt, & cum vitæ ſæpè periculo defendunt; iis fortunæ bona non inuidere, & honore verborum afficere tantos viros, non indebito, neutiquam graue eſt. Hoc profecto legumlatores & ciuitatum conditores, qui ſemper habiti fuerunt ſapientiſsimi, cenſuerunt: item ciuitatum præſides, hiq; ipſi reges, qui vt interdum ſapien-

pien-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

pientes ſibi antetulerunt, ita duces belli egregios æquarunt, affectos exquiſitis honoribus, & maximis præmijs ornatos. His enim viris neq; rex carere poteſt: neque regnum, neq; ciuitas. Auxilijs enim nudentur, quæ pollicetur Mars, atq; præſtat, vnde quoq; Græcis Ares dictus fuit. Hoc igitur etiam ſapienter rex FRIDERICVS, vt cætera: non ſolum quo tempore bellum gereret, in precio habuit & ornauit belli duces, ductores ordinum, centuriones, equites, milites, vt neceſſarios: in quo laus eſſe videtur non magna: qui negligeret, ille ſapere æquè videretur, vt qui ceruicem percuſſori porrigat demiſſis manibus: ſed etiam deinceps magis coluit, quum perſolutis etiam ſtipendiis, præmiis afficere homines militares & equeſtres ab eo tempore in ſuum vſq; illum diem non deſtitit. A reddita porro pace, pacem tutatus ſemper fuit, redditis omnibus & auctis etiam pacis artibus: nec bellum poſtea mouit: nec bellum cogitauit, quod excitaret ipſe: nec tamen artis imperatoriæ cogitationem abiecit, quam alteram regis artem eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

*didicerat, expertus fuerat, nec obliuiſci iam po-
terat. Ita igitur ad bellum omnia parauit, vt
bello paratus eſſet, ne hoſtem potentiſſimum la-
ceſsitus metueret, & ſi quis hoſtilem in modum
fines auderet ingredi, obuiam ipſe iret conſilio
inſtructus & potentia. Non dicam, quas arces
exſtruxerit, caſtella munierit, quæ arma com-
parárit, quam claſſem ædificarit, quàm cætera
neceſſaria condiderit, vnde, cum opus ſit, quan-
do quotiesq́; opus ſit, depromantur, quòd au-
rum argentumq́; in ærarium retulerit. The-
ſauros ego regios non ſcrutor: cætera non plus,
quàm ſpectator ſiue lector rei bellicæ, intelligo.
Quod omnes, vt puto, intelligunt; neque hoc
ignorare videri debeo: bella geri per viros for-
tes. Hos vt in præſidiis, in regia, in oppidis, in
vicis per vniuerſum regnum, & extra regnum,
quàm plurimos & optimos in manu haberet;
ſapienter vidit, & ſumma perpetuaq́; cura pro-
curauit. Nec regi tam munifico, tam magnifi-
co, id fuit difficile: immo, facillimum, in quo
cum illis virtutibus certarent humanitas & a-*

nimi

nimi beneuolentia: quantæ non ſolum in homi-
nem priuatum cadant, ſed etiam in eum, qui æ-
tatem illis ſtudiis fuiſſet deditus. Hæ priuato
cuiq; multos amicos inueniunt: principi reip. &
regi, vniuerſum populum & vicinas etiam gen-
tes arctiſſimè deuinciunt. Fides enim in quo eſt,
ad hunc ſe conuertunt, in quibus eſt fides: atq; et-
iam in quo ſpectata fides eſt, hic ſerit in eorum
animis fidem, in quibus anteà nulla fuiſſe puta-
retur. Male cum rege & quicunq; alio agitur,
cuius ærario aut numis plus creditur, quàm ipſi.
De animo autem regis FRIDERICI quis poſ-
ſet dubitare, cui velum nunq̃ obtenderet, quem
detegeret quotidiè erga vnumquemq; vultu, ſer-
mone, ioco, beneficio, vt cuiq; à ſe deberi iudica-
ret. Debere autem plurimum ordini equeſtri,
qui idem militiæ eſt, intelligebat. Itaq; eum a-
mabat & ornabat omnem: in ſingulos confe-
rebat, quantum rex poterat, cum eſſet occa-
ſio, & quantum quiſq; mereri videretur. Be-
neficiorum autem tam ſunt varia genera, vt
de recenſione mihi cogitandum non putem,

cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

cum ne beneficus eorum numerum teneat, qui nouas benefaciendi rationes quotidie meditetur, & ſine negotio inueniat. Immo rex bonus, vt pater bonus; nihil meditatur, nihil mandat, nihil gerit, quin omnia ſint beneficentiæ: vt quæ de rege FRIDERICO hactenus diximus, & dicturi deinceps ſumus, nihil præter explicationem regiæ beneficentiæ complecti videantur. Suorum ille præcipuè in omnibus rationem habuit, quod item, vt patre, ita rege dignum, tali præſertim, quem patrem patriæ ipſi voluerint, & primum dixerint: quam fidem fallere in regiam dignitatem nunquam cadere exiſtimandum eſt. Sed amicos habere foris, quibus ſi neceſſe ſit, vtaris in rebus dubiis, ad prudentiam pertinet: meritis nihil dum promeritos deuincire, ad eandem eiusq́; comitem liberalitatem. Nemo munificè facit, quin res ſuas meliores faciat. Namq; pro eo, quod in alterum confertur, ſiue argentum illud ſit, ſiue etiam nummo æſtimetur, venit in poſſeſſionem amici & fidi hominis, ex quo plus percipias aut ſperes fructuū, quan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

quando hoc ipſum ille velit & optet, quàm ex magna ſeruorum manu, quibus haud ita volentibus imperes. Quod ſi, vt ſemina in ſterilem fundi angulum delapſa fortè pereant & ſpem agricelæ fallant, ita meritis non mouentur aliqui, vt eſt nimis magna ingratorm ſeges; in eorum locum vltro ſuccedunt boni. Boni enim beneficijs ſe deuinctos putant, ex eo beneficio, quod neq; acceperint, neq; fortè accepturi ſint, tamen eius ſe aliquando futuros compotes ſperare poſſint. Quæ omnia cum rex intelligeret, qui non opibus ſeruiret, ſed ab ijs ſibi inſeruiri vellet; alijs quoq; extra ſuas prouincias ſtipendia ſoluit in otio, vt, ſi vſus veniret, accurrerent in negotio: ad alios miſit munera, quæ cultoribus militiæ conuenirent, ſiue quibus vterentur, ſiue quibus decorarentur. Qui in regnum veniſſent, virtute, hac bellica præſertim illuſtres, ſiue viſendi gratia, vt fieri ſolet, ſiue legati ab alijs regibus, ſiue in comitatu eſſent ducum & principum; pænè vnumquemq; accepit benignè, tractauit huma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

niter, dimiſit munificè, Et animus erat ille regius, erat in manu aurum, erant torques aurei: cætera, quorum non magna mihi notitia, aut minor apud me æſtimatio, quòd animus alijs, noſtraq́; opinione non paullo melioribus occupatur. Cum autem plæriq; vel neceſſarijs contenti non ſint, vel illud rerum neceſſariarum nomen latius interpretentur, quiq; pro ſuis cupiditatibus: ſic fit, vt illis deleniantur maximæ partis mortalium animi, rati, nec prorſus falſo, ſe ſimul commodis & honoribus augeri. Etiam vero ipſe rex, qui præmia tribuebat, cenſebat ingenia, animos, & virtutem eorum, quibus aliquid deſtinaret: nec vulgi opinionem ſiue famam, nec genus ſolummodo ſpectabat. Negligebat enim etiam, qui primi putarentur, & maiorum nomina facilius meminiſſent, quàm res à ſe præclarè geſtas aut cogitatas: & humiles amabat, in quibus animi nobilitas, id eſt, virtus, eoſq́; ornabat ſedulo. Sic nobiles ad virtutem, inferiores ad nobilitatem excitabat.

Exte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Exteros etiam in regia alebat ſanè multos, & fortes, & elegantes: habebat etiam liberaliter, vt omnes: (quis enim ignorat ſplendorem aulæ Danicæ?) cum grati eſſent regi, chari quoq; erant cæteris ſatellibus: etenim exteri modeſti, & domeſtici non inuidi. Namq; à cultoribus virtutis & viris fortibus inuidiam abeſſe oportet quàm longiſſimè: ab ijs autem perpetuò, qui ſtudijs ſapientiæ dediti ſunt, & vſu rerum præditi. Quæ virtus, vt rara, ſic profectò illuſtris, à me in proceribus Danis animaduerſa, non vno loco verè prædicata fuit. Vos enim, hoſpites, in quibus eximia virtus, ciuitate veſtra donari paſſi eſtis, quod nuptijs quoq; contractis fuit pulcherrimè confirmatum: ſed ex ijs in ſenatum regni legiſtis, quorum animos erga vos & fidem probauiſſetis, & vna vobiſcum in ſumma regni ſpecula collocaſtis. Quod enim rex optimus fecit, id à vobis profectum fuit: quod REX ſuaſit, nos voluiſſe, iuſſiſſe, accepimus. Haud tamen ſcio,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

nos voluiſſe, rectius loquar. Vos enim etiam ſuaſiſtis, quod rex voluit, iuſsit. Conſtat enim alios delatum honorem recuſaſſe initio: vt tandem non tam veſtris ſuffragijs lecti, quàm auctoritate ſenatus longe ampliſsimi, collegio veſtro illuſtri ſe inſeri paſsi fuerint. Nec igitur alij ſunt veſtrum, merito veſtro, obſeruantiores, neque commodi publici ſtudioſiores. Quorum vos induſtriam & fidem experti eſtis ſæpè, & hoc tempore mæſto & difficili, vt ego quidem iudicem, quando vos pro rege eſſe oportet, ſemper experiemini. Hanc igitur laudem iudicij et bonitatis, tum vos meremini, tum meretur ipſe rex, cum in tali re mutuam voluntatem ſpectaueritis & ſecuti ſitis. Rectum enim illud eſt, neq; nouum, etſi non ita frequens. Neque hoc mirum, minus frequentari, quando magna eſt præſtantium virorum raritas, quibus primus ille in aliena ciuitate honor ob virtutem & ſingularia merita deferatur. Athenas tamen, quod domicilium ſapientiæ & virtutis

nobi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

nobiliſsimum & vnicum in orbe fuit habitum, hac in re perquam fuiſſe liberales legimus, qui nullam virtutem, quamuis exteram & longinquam è ciuitate ſua excluderent, neq; ſummum honorem humillimæ etiam præſtantiæ negarent. Seueriores etiam, & pæne ſi cum reliqua Græcia comparentur, tetrici Lacedæmonij, nec facile hoſpites in vrbem intromittebant, neq; ciuium filijs longinquas peregrinationes permittebant, ne illi ciues vitijs nouis ſeu mollitie inficerent, nèue hi referrent mores alienos à Laconicis: tamen ipſi quoq; peregrinos viros præſtantes & ciuitate donarunt, & ad honores reipub. cupidiſsimè adſciuerunt. Exemplum addo recens, quòd rex Poloniæ SIGISMVNDVS III. aſſentiente ſenatu, Germanos & Tranſyluanos ob merita ciuitate donauit, præter cætera præmia, hoc etiam, quod quis non iniuria ſummum dicat, addito. Eſt enim ni fallor, adoptioni ſimillimum. Magnum, ſi quem paterfamilias diuitijs ornet: maius, ſi adſciſcat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

inſuper in familiam: maximum, ſi adoptet, & ex ſeſe natis liberis parem faciat: ſapientiæ patris maximæ, & maximæ bonitatis liberorum, adoptiui item maximæ virtutis, ſi citra inuidiam hoc adminiſtratum fuerit. De vobis, proceres, non dicam magnificentius, quorum ego gratiam non aucupor, partam facile tueor: de rege ſine aſſentationis ſuſpicione nunc licet dicere: nullum prætermiſiſſe diem, quin daret beneficium: nec ſomnum vidiſſe, quin cogitaret. Hoc maieſtatis eſt proprium, hoc dignitatis, hoc humanitatis. Humanitas in plebeio meretur laudem, quòd quiſque ferè ſuum agit negotium, reliquorum & reliquos negligit, vt infimi non ita humanitatem ſincere colant: maiorem in eo, qui cum dignitate eſt, quod plæriq; vel ſua iam mirantur, vel ſuſpiciunt altiora, inferiora vix contuentur: maximam in rege, qui in ſummo collocatus faſtigio, non ſolum proxima quæque perluſtrat, & facile fert, ſed etiam ad abiectiora non tam oculos & ma-

nus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

nus, quàm animum curamq; omnem conuertit. Hoc modis omnibus feciſſe FRIDERICVM regem oſtẽdunt omnia, ſi videamus, vt erga omnes, vt erga familiam, vt erga ſuos omnium ordinum ſeſe geſſerit. De his itemq; alijs pluribus quid, quo ordine, quomodo dicam, ſi inuenirem; ſedulo & elaboratè quoque explicarem. Sed illud mihi perdifficile eſt, vel propter temporis anguſtiam, ſed multo magis propter rerum, quas non ſatis diſtinctas, ſed obuerſantes tamen animo, in ipſo animo meo video. Poteſt autem certior humanitatis eſſe nota, quam cultura amicitiæ, eaque minimè popularis? Quædam enim ita latè patet, vt in quamlibet ſocietatem ſpargi videatur: atque hæc eſt vel humanitas, vel humanitatis aliqua ſiignificatio, non intercedente communicatione conſiliorum & ſingularium officiorum, oſtenſa vultu, ſermone, & ſtudijs communibus. Hæc ratio pulchra eſt, & vitam optata

ſuaui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

ſuauitate condit, quam qui non adfert, aſymbolos aliquis eſt in conſuetudine hominum: in quibus eſt; & humani ſunt & elegantes. Sed in amicitijs eſt mutua animorũ coniunctio, inter pauciores, minima et arctiſſima inter duos, nata ex honeſto atq; virtute, ſiue opinione virtutis, et ad honeſtum tendens: quia ad officium, non ſine ſuauitate, etiam cum fructu. Amicus enim non ſit, qui in perpetuum acerbus eſt, nec prodeſt alteri. Colimus autem amicitã non ſolum cum paribus, ſed etiam vel cum minoribus, vel cum ſuperioribus. Tenues eam cum paucis colant potentioribus, quod diſſimilia non facilè conſociantur: cum pluribus vero ſui ſimilibus, quod ſimilium naturalis videtur collectio: vnde prouerbio dicitur, ſimile ſimili delectari: itemq; ſimilem à Deo duci ad ſimilem. Inter potentes autem, fortunatos, & nobiles ſummum locum reges obtinent, pænè vt ab hoc optabili mortalium bono, conditionis ſuæ principio, arceri videantur. Similem enim rex in imperio ſuo habet neminem: omnes

alij

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

alij rege minores: quin ab hoc quidam remotiſsimi: quem ſui ſimilem habet, longè abeſt, quod amicitiæ legibus non admodum conſentaneum. Quid enim amicitia ſine quotidiana conſuetudine, quam loci intercapedo negat? Sed vtriusq; colendæ viam tamen inueniat rex ſapiens. Cum enim hoc poſsit ſapiens, quanto magis rex, modo idem ſapiens? Namq; vt mutuo ſe coluerint illi olim habiti dictiq; Sophi, neminem latere arbitror, quod ab animis ex omni parte proficiſci oportuit: nec non quauis ætate docti, ijdemq; boni viri, diſiuncti ſpatiis locorum, qui vno loco ſimul, aut non ita ſæpe, aut nunq̃ fuiſſent, ſe inter ſe ſincerè amant, vt plura deferant, quædam etiam officia præſtent. Aio hoc ſapienti regi longè facillimum, qui cum animum habeat, reliqua certe etiam omnia habet, quibus animi conciliantur: quod etiam aſſecutus fuit olim, ante annos plus minus CL. Coſmus Medices, Magnus cognominatus, priuatus initio, deinde patriæ reipub. ex meritis, non dictus, ſed habitus cultusq; princeps. Cum quibus autem totius pro-

K pe Eu-

pe Europæ principibus & regibus amicitiam non coluit rex FRIDERICVS? Quod ad hunc ex animo: nec minus animis ipſi plæriq; reſponderunt. Ordine de ſingulis dicere non eſt opus, nec perſcrutari, quid de quoq; exiſtimari poſsit: neq; hoc priuatum decere cenſeam, nedum eum qui de regiis non niſi obiter audierit, & vnam Mineruæ regiam præ omnibus regiis colat. Recte igitur in hoc etiam ego conciſus, quod non pernouerim. Id attigi potius, vt ad aliud, & hoc admirabilius, aditum orationi aperirem. Non ſolum potentiſsimus hic rex amicitiam ſinceram cum inferioribus coluit, ſed etiam effecit perpetua ſua clementiáne (vt de ſummis loquimur) an bonitate? (vt de quilibet) vt hi ipſi vltro regis amicitiam expeterent, aut certè ab ea non abhorrent, ad quam plurima, non ſolum exſpectatio beneficiorum, ſed etiam certitudo perpetuæ regis beneuolentiæ incitare poſſet, nec eſſet ſignum aut exemplum, quod deterreret. Locum hunc illuſtrare ſibi quisque poteſt, qui in aulas noſtri ſæculi oculos

con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

conuertat, & principum animos moresq́; conſideret. Neq; in iſta aula, de iſto principe, fuit ad quemq̃ opus poëta monitore, quamquam aureum illud eſt præceptum, quod ex vſu vitæ communis in priuatos noſtros vſus perliberaliter deprompſit, vt à multis incommodis & magnis periculis bonos dictoq́; audientes vindicaret. Dulcis, inquit, inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit. Sic enim viuitur, vt inter partes non ſemper, interdum etiam difficulter conueniat: inter impares, qui à paribus proximi ſunt, neq; magno diſcrimine cēſeri poſſunt; non facilè, & multo difficilius. Non tango hic opulentos, nobiles, potentes, vt ſint plæriq; ingenio intractabili, vt moribus aſperis erga alios, ſui, vt putant, diſsimiles. Qui paulo ſunt opulentiores, paullo honeſtiores, paullo potentiores, niſi natura benignitatem ſuam in ipſos tranſtulerit, aut educatio formarit, aut litteræ emendarint, dominatum ſibi legitimū paratum putant, quaſiq́; minutam, ſuaq́; vi paullo poſt corruituram, vt quæ fundamēto innitatur fragili, tyrānidem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Qui paullo rerum peritior, & quod mireris, qui paullo formoſior, paullo robuſtior aut diſertior vel loquacior, ſit; his tam caducis bonis, de quorum ſtatu agi poſsit, quæq́ capite minuta dicat non ſine cauſsa aliquis, fretus, alios præ ſe contemnit, præſtantiores alia re, vel ſæpe illa ipſa, qua ille triumphat, infra ſe eſſe iudicat: nedum cum alio agat familiarius, & amicitiam contrahat, cuius videlicet ne vmbram in vaniſsimo faſtu viderit. Sed tantum regem non puduit, neq; pœnituit beneuolentiæ erga plebeculam, ſtudij elegantiorum, amicitiæ cum bonis. Quos enim virtute præditos animaduerteret, & eſſe ſimplicis animi: quemadmodum ille erat integerrimi, nihil ſimulans, nihil diſsimulans, ſiue cum inferioribus res eſſet, ſiue cum ſimilibus; iis beneuolentiam & animum indicabat. Nec arbitretur quis cenſuram facere ingeniorum non potuiſſe: in qua re præſtabat iis quoq;, qui vocantur phyſiognomones: quando non ſolum vultum & lineamenta faciei contuebatur, ſed mores & ſermonem, tanq̃ certiores animi nuncios: ſi quis ab

vtriſq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

vtriſq; fucum arte ablueret. Non ille autem genus in hac cenſura, neq; diuitias reſpiciebat, qui inſignia generis tribuere, cui vellet, ditare, quem vellet, poterat: animum explorabat, quibus modis rectum erat. Spectatos amabat, ornabat, quod ex vtroq; horum colligitur, admirabatur. Etſi beneficiorum erat prodigus, ſi ita appellari poteſt, qui magnificentiæ limites non migrat: tamen pluris ſemper fuit omnibus animus regis, vultus humaniſſimus, ſermo, etiam cum durior videretur, ſuauiſſimus. Neminem audiui, qui ſanè audierim plurimos, paullo regi famliariorem, qui hæc non dixerit, celebrarit, ſibi eo nomine fuerit gratulatus. Ipſi contra ad regis nutum ſe comparabant, vt bonos decet, non iis tantum, quæ in oculos incurrunt, & ſæpe tam oculos fallunt, quàm animum, ſed toto animo, ipſo ſtudio virtutis: regem, vt parem amabant, vt beneficum colebant, vt regem, quaſi numen, venerabantur. Hanc animorum inter regem optimum, & bonos viros regis familiares ſi amicitiam quis non eſſe contendat; ipſe ingenuè dico,

 neſci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

neſcire me, quid ſit amicitiæ, nec eius virtutem viresq́ cognoſſe: niſi quis illud virtuti debitum, & cum virtute coniunctum nomen amicitiæ, non vilius, (quid enim vile, quod pretioſiſsimum?) ſed inferius tam nobili ſiue diuina coniunctione eſſe exiſtimet. Cuius ſententiæ ſi quis eſt, quem forte inter eos reperiam, qui accuratius, quæ dixi, conſiderent; ei ſubſcribo: ſi nemo eſt, illius ego me auctorem auſim profiteri. Etenim cum omnis amicitia eximia eſt, tum hæc tam rara, tam difficilis, tam caſta & conſtans, principem locum tenet: & ſublimiorem ſiue diuiniorem citius aliquis fortè ſomniarit, quàm inter mortales oſtenderit. In hoc tamen ſummo genere aliam eſſe alia inferiorem non negârim. Quibuscum enim eſt conſiliorum communicatio, coniunctio etiam arctior: arctiſsima hæc, quibuscum ſecretiſsimorum. Ac fuit amicitia intimior regi FRIDERICO cum ſuis ſenatoribus: quod alio loco à me vberius explicatum, non etiam hic dici minus debet. Rex eos maximè ſibi æquabat, & ſiue priuatim eſſet vrbani-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

banitati locus, quod rex minimè moroſus, & ſaltium diues, ſiue in ſenatu eſſent dicendæ ſententiæ, libertatem ſermonis, cum in alijs omnibus ferret, tum in his flagitabat. Sic ex omnibus ſignis apparebat, nihil fingi, omnia eſſe tranquilla & ſerena, quaſiq; aliquã illorum paritatem. Quanto verò rex de maieſtate ſua plus remitteret, tanto illorum animis erat nõ ſolum charior, ſed etiam auguſtior. Sanè in quibus gentibus, & penes quos homines immodicum & religioſum eſt cærimoniarum, vt ita loquar, inter ſe ſtudium: ibi non eſſe nimium fidei, vſu experimur: quiq; multum temporis & operæ in his ſplendidis nugis ponunt, vitæ rationem haud rectè intelligunt. Itaq; eos compararim cum turpiculis puellis, quæ quo ſpeciem alijs venditent, faciem fuco diligenter illinunt. Proinde etiam, vt hæ fuco liquefacto, multo ſunt fœdiores: ita illi, incuruatione ceruicis, flexione genuum, baſiatione manuum deſita, & verborum phaleris remotis ſeu fumis diſsipatis, ipſi placere deſinunt: quorum videlicet in rebus ſerijs, ſiue

quid

quid agendum ſit, ſiue dicendum, non ſit vſus aliquis. Elegantiæ nimirum in iis abundè; vbi & decorum, & fides: nec illa ſine his grata ſit: hæc illam etiam & complecti & vincere videantur. Tanta porro animorum regis & procerum vnitas, non ſolum ipſis iucunda fuit & honeſta, ſed etiam tum ipſis, tum regno Daniæ nihil excogitari potuit vtilius. Curia etenim, in qua talis ſenatus, cuius rex, vt ſol luceat, ſenatores, vt ſtellæ promicent, officina erit ſalubrium conſiliorum, & beatæ vitæ populorum, familiarum, ſingulorum. Vno enim animo, vno ore, quærerent & iuberent, quod rectum iuſtumq́; foret, nec ipſi ab hac norma diſcederent, ad quam reformarent & refingerent alios. Hæc eſt iuſtitia: non quod quiſq; opinetur, aut deſideret: ſed quod ratio ſuadeat, intellectum ab omnibus ſanis, & leges iubeant: quarum illa probos leni imperio cogit, hæ perſuadent propoſita vtilitate ſingulorum & omnium, quam earum conditores omni tempore reſpexerunt. Quæ quoniam non omnes intelligunt, nec

facilè

facile toti populi de ijs erudiri poſſunt, ſed non niſi, quibus impenſius natura fauit, & illuxerunt litteræ, & longa dies vſum tribuit; ex his primus eſt conſeſſus iudicum, ad quos poſtremum referuntur negotia, quæ ab alijs expediri non potuerunt, vel quod eſſent intellecta minus, vel quod auctoritas minor, aut primum, quòd difficilima. Ab hoc ſenatu pendent alij, non multo inferiores: ab his iterum alij, donec vicus in regno, regniq́ prouincijs non relinquatur, in quo non ſit aliquis iuſtitiæ præſes, qui partim ex præſcripto legum, partim ex longi temporis conſuetudine, ius dicat, iniurias ab innocẽtibus depellat, lites dirimat, aberrantes in ordinem redigat, diſcrepantium animos componat, contumaces & petulantes coërceat, nocentes & inemendabiles, qua auctoritate poteſt, puniat. Poteſt autem ea, quæ à ſuperiore auctoritate determinata fuerit, donec ad fontem, ipſam videlicet maieſtatem ventum fuerit. Namq́ etiam, quòd hic, plebi proximus, minus viderit, aut potuerit ſuperior

 rior

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

rior adminiſtrabit, donec is pronunciet, nec tamen ſine legibus, nec ſine ſenatu, vt illæ ſint regulæ, hic interpres: qui mortalium nemini rationem reddet, nec tamen reddet nemini. Nec enim fieri poteſt, vt qui tantam poteſtatem tribuerit, non eius vſurpatæ aliquando rationẽ reddi ſibi poſtulet: quod cum regum nemo dubitet, plæriq;, quantum pro humano captu poſſunt, nullum diem, nullum adeo momentum ſine cura ſui muneris tranſigunt, aut certe ſic faciendum eſſe in ipſa oſcitantia ſæpe cogitant, vt omnibus iam conſtare videatur, à quo omnes habemus vitam, ab eodem imperium accipiſſe principes. Cum de his nihil dubitaret FRIDERICVS rex: nullum neque ipſe omiſit diem, quin perpetuæ curæ aliquid deponeret. Audiebat, ſi quis quid vellet: non ſolum legationes, ſed quemq; de ſuis: nec minus humillimum, quàm aliquem de ſuperioribus: cognoſcebat cauſas, vt totas audiret, vt vtriq; aures præberet: vetabat, quod fieri non oporteret: mandabat, quod vellet fie-

let fieri, recteq; fieri ſentiebat, etſi illa omnia beneficia: ſenatum habebat, ſi eſſet opus: litteras legebat, cum quæ venirent, tum quæ mitterentur: diplomata & epiſtolas ſubſignabat, ipſe ſubſcribebat: ſic nulla fraus fieret: ſic tam minima, quàm maxima negotia ſanctè gererẽtur, cũ minima illa infimæ conditionis hominibus ſint maxima, vt profecto etiã vel ipſorum regum maxima, quoniam mortalium, in minimis merito cenſeantur. Sed cum inter homines alij alijs ſint maiora, non minus regium, minima rectè conſtituere, quàm maxima. Perſpicuum id vel inde eſt, quod minimis interdum læſis vel vacillantibus, maxima videmus perire & corruere. Itaque in rege, animaduerſio in res paruulas, quoniam neceſſaria, benè commendatur: vt contrà in eodem ordine maximè deteſtanda neglectio maximarum. Sed FRIDERICVS rex ſic maxima quæque gerebat, vt minima non negligeret,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

aut non negligere putaretur. Labor hic quotidianus erat, & quodam modo definitus: cura itidem quotidiana, ſed indefinita. Non ſuſcipiebat rex laborem, vt curam deponeret: curam alebat & augebat, vt certo tempore, non ſine effectu laborem ſuſtineret. Cura comitabatur quoquo inambulantem: nec eam abijciebat vel ſi in venationē properaret: ratus indignum rege, minore cura maiorem minuere, non alienum, per minorem maioris alleuationem quærere: deniq; ne in epulis quidem & in vino de cura multum remittebat, quando animum maximè remittere videbatur: nec ad conuiuium ſe conuertit antè, quam negotia pertractaſſet, quæ conſtituerat: nec ita agebat diem hilarem, vt corporis exercitationes minus coleret: quin vel venaretur, vel equitaret, vel ageret, ad quæ tempus & locus inuitarent. Namq; fateri oportet, hilaritati locum fuiſſe datam ſæpius. Quis enim gentium noſtrarum conſuetudinem, ſiue naturam diſsimulet? Natura allexit conſuetudinem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

dinem, conſuetudo inuenit vitium, & penè vitij nomen ſuſtulit: & ſæpè repugnantes non patitur ſibi viuere, etſi ſanctius iter inſtituiſſent. Cauſſam ego non dicam: faciam enim, quod animo improbem: inuehar autem forte fruſtra. Tamen res docet, primum quemq; ex benigniſſimis, & æqualibus vehementius ſtudere, & conuiuijs magis operam dare. Quos enim vel æquales vel præterea alios amamus, cum iiſdem libenter vua viuimus: cui rei nihil aptius conuiuio: quod & inde nomen accepit, quoniam ibi vnà viuitur: quin, quòd ibi bene viuitur, Græci homines, & noſtri item populi euochian nominant. Quæ non ſolum nulla, ſed plura voluerunt in alijs maximè politis gentibus eſſe ſapientiſſimi legum latores: eorumq; conſilij rationes fugere nos non poſſunt, vt ciues ſibi eſſent inter ſe notiores, vt moribus mutuis adſueſcerent, vt ſermonibus in loco animi facilius arctiusq; quaſi conglutinarentur. Non repetam hoc, quod de vino principum à me, acceptum à non

 malis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

malis auctoribus, alibi ſcriptum fuit: id eſſe ingeniorum lapidem Lydium, de quo acutius etiam ciuis Stagirorum diſputauit. Quæ in vino mala inſunt, ſi à ſuis epulis longiſſimè remouit hic REX; manebit minimum, quod improbetur. Fuit ipſi epulum profecto non aliud, quàm campus beneuolentiæ & beneficentiæ, humaniſſimarum, maximeq́ optabilium virtutum, & ita ipſius propriarum, vt vix vllius pluribus ſæculis principum. Primum enim in illis nulla contentio, nihil rixarum, non conuicia, non ſermones ſpurci, non amores perditi, non calumnia, non aſſentatio: ipſum veſtibulum regiæ ſycophantas & aſſentatores repellebat, peſtes aularum maximas & frequentiſſimas: ſi quis irrepſiſſet, ſuo ille indicio peribat, ſiquidem perit, qui conatu tam improbo omnem gratiam regis & beneuolentiam omnium effundit, deſtitutus repente à, quotquot erant, amicis & familiaribus, quaſi in vltima ſolitudine: non erat fraude tecta ſimulatio, non diſſimu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

ſimulatio exitium ferens, nec quidquam o-
mnium eius generis, quæ conuiuia infeſtant,
& verum eorum nomen abolent, quando eo
rediguntur aliqui, vt ſimul deinceps nolint vi-
uere, aut humaniter non poßint. Hæc mala
abſuiſſe à regio conuiuio nemo mirabitur, qui-
uis facile credet, qui de regis præſentia cogita-
bit beneuolentißimi & beneficentißimi, vt
dixi, & toties dicendum eſt, nec ſatis dici
poteſt, quando maius dici non poteſt, & in hoc
eſſe videntur omnia: quem offendere, capitale
ſuſpicarentur, cui diſplicere, graue: cui place-
re, illud erat, quod quisq; vellet, aut quo egeret,
id omne ſe iam adeptum etiam, arbitraretur.
Erat contra, vultus ſerenitas, ſincera ſuaui-
tas, ſermones liberi, ſales liberales, mutua o-
mnium inter ſe beneuolentia, quam Græci ho-
mines à ſingulari ſtudio meditationis commo-
di mutui vno nomine pereleganter exprimunt.
Sed largior, inquis, inuitatio. Largior interdũ,
ſed ſine tamẽ illis malis, ſemper cũ his, quæ dixi
bonis: adeoq; ſemper cũ noua maiorèue beneuo-
lentia, vix vnquã ſine munificentia è conuiuio
abi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

abitum fuit. Inſtet alius: fatebor ſatius eſſe & optabilius, ita totas gentes viuere, ita vnumquemque, vt in celebrato à ſapientibus medio maneamus, nec ab hoc in alterutram partem declinemus in vitium. Sed nec populus ſine macula fuit, nec ſine labecula quiſquam mortalium, vt noſtra inter nos mala feramus potius, quàm mutuis accuſationibus nos atteramus: præſertim cum plurimis ſit propoſitum calumniari & præ ſe contemnere ſine corrigendi ſtudio, qui animi oculos in ſe ipſos non conuertunt, ſimiles vetuſtæ illi Lamiæ: quæ, vt eſt in fabulis, oculis coniectis in dolium & impoſito operculo, domi cantillabat, cum ex antro proreperet, proditura in publicum, in ſuum locum eos ſedulo reponebat, vt obuia quæque perluſtraret. Sed ita fit, alij noſtra, nos aliorum vitia acutius cernimus. Vtinam noſtris quiſque minimè blandiamur. In maximis eſt neque negandum, vini modum non tenere: ſed vereor, ne ſint maiora, in illis quoque, qui largius nos vti vino et ſtatim vident, & non ſine

ratio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

ratione culpant. De quibus ego nihil, tum quòd nimis nota, tum quod virum bonum non decet ſic inſectari grauiora, vt minoribus vitiis patrocinari videatur. Agam, de quo agimus: audiamus eos, qui modum vini præſcribunt aliis: aiunt primum calicem ſiti deberi, alterum ſanitati, tertium hilaritati: qui accedat, turbari ab eo mentem: cæteris in furorem agi animos. Hoc ego omnium animis infixum eſſe velim. Sapientiſsimè enim dictum iudico, & eſſe, ſi quis perpetuo conſideret, quaſi anchoram, qua mens in portu fundetur, ne ſe tam turbidæ tempeſtati credat. Qui ſua mala ipſi nouerint, alienis minus inſultabunt: cæteri meminerint, in totis gentibus pleroſq; non ita valida natura eſſe, vt aqua reſtinguere ſitim debeant: vt qui in primo vini calice inſaniant, aut amore ardeant: ad quos, lex pueris & mulieribus de vino lata, non minus pertinere videatur. Sed tamen, quantacunq; ſit aliquis animi firmitate, ſemper ego ſuaſerim, quod rectum eſſe ſentiam, vtramq; temperantiam ſumma religione colere. Conti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

nentiſsimè vero ſe geſsit in omni vita rex FRIDERICVS, etiam feruente adoleſcentia: neq; eius in mulieres contumeliæ exemplum refertur: acerrimè quoq; vindicauit, ſi quis adulterium fecißet, aut honeſtæ fœminæ pudicitiam tentaßet. Contra benè faciebat honeſtis, & voluptatem ſingularem capiebat, quoties nuptias conficeret inter bonos: quin huic rei ſedulo ſtudebat, vt benè dotatas optimis quibuſcunq; collocaret in matrimonium: quæ res ſaluti vtriſq; foret. Quid enim virgini optabilius marito, qui vxori pro patre ſit, idemq́; bona tueatur, quibus vtatur benè? Et bono viro opus eſt fortunæ bonis, vt virtutem exerceat, quam tardari multis modis oportet, quoties ad eorum comparationem totum animum conuertere, neceſſe habet. Sic igitur rex & amicos iuuabat, & virtutem non minus ornabat. Ipſi vero etiam coniugium ceſsit feliciter. Suauiſsime enim vixit cum coniuge SOPHIA, illuſtriſsimi ducis noſtri VLRICI, & amitæ ſuæ ELISABETÆ Cimbricæ filia, quam duxit ante annos

XVI.

XVI. Eam enim, in qua omne decus matronæ regiæ duceret, habuit vnicè cariſsimam, ita vt ſe vnicè carum ab ea haberi volebat, & vnicè charum haberi intelligebat ex omni conſuetudine: maximè, quod ſe ad optimi mariti, voluntatem & nutum ita vltro compararet, vt rex in ipſa nihil deſideraret: quippe qua nulla alia religioſior, modeſtior, mariti obſeruantior, liberorum amantior, ſuarum rerum domi ſtudioſior, aliarum minimè curioſa, faſtui inimica, elegantia & mundicie contenta, nusq̃ imperioſa. Itaq; ipſam reginam admiror, quando eius virtutes ſunt admirabiles: non miror, iis eſſe cumulatam. Non potuit alia naſci ex humaniſsimo patre & matre laudatiſsima. Accedit, quòd mater in educanda vnica filia optimam rationem ſecuta fuerit. Quod præſtare potuit hoc rectius, quòd optimè fuiſſet ipſa quoq; educata, quòd quàm ſanctiſsimè vixiſſet, quòd præterea principum ſapientiſsima. Etiam poſtea filiam in educatione liberorũ adiuuit, ſuosq; nepotes et neptes in Megap. ad pietatem et modeſtiã,

& mores optimos regios iucunda cura & perpetua diligentia flexit magiſtra fideliſsima. Quod cum laudes ELISABETHÆ pangerem, illuſtrare clarius omnino debui, quàm præſtiterim. Sed difficile eſt ſanè, omnia ita perſequi, vt nihil omnium, quæ dicenda ſint, prætermittas: omnia ita explices, vt rei magnitudo flagitet, quod pauci animo virtutis dignitatem cernere, nedum verbis auditorum animis repræſentare valeant. Jam quoq; in tam longa oratione, ſi qua alicubi abundare videantur, plura deſideratum iri, paullo poſt etiam à me ipſo, non dubitarim. Quo nomine, quam à me veniam non impetro, ab aliis tamen ſpero: nec negabunt, qui tale quiddam ſcribere aggreßi fuerint. Rex igitur erga optatiſsimam coniugem ſic ſe geßit, vt ſe dignum erat, & illa merebatur: nihil prætereiens omnium, quibus declararet, eam vnam & vnicam ſibi vnicè cariſsimam. Ut hoc à me concisè dicitur, quod latius erat explicandum? Sed ad finem properat oratio. Vicit autem etiam illum fides & beneuolentia mulieris, ſe im-

perio

perio mariti ſine ſeruitute ſubijcientis. Nec enim imperium SOPHia affectabat, vt pleraq; neq; hoc ei in mentem venit: nec qui omnibus obſequijs reginæ ſuæ placere ſemper ſtuderet, imperij ſuſpicionem tuliſſet: nullius imperio mortalium ſubditus, mulierum dominatum maximè deteſtans, nec pro viris reputans, qui parerent mulieribus. Tenebat enim hoc, quod natura ſapientiſſimo conſilio ſanxiſſet, vt qui ſexus animo & corpore eſſet firmior, omni in re idem eſſet ſuperior, & ea quisq; adminiſtraret, quibus natus absq; dubitatione iudicaretur: ſentiebat quoq; et remp. & quamq; priuatam domum imperio muliebri infeliciter regi: nec certè hoc & melius, quo peruulgatius. Felices ſint liberi, quos enixa eſt optimo regi princeps optima: filij ſunt tres, filiæ quatuor: fœcundo ſatis matrimonio. Quod optamus, idem ominamur: & ſpes ab infantia emicuit in omnibus: nec ipſa fallet, quando accedit educatio regia, ne intermiſſa quidem vnum diem. Potiſſimam tamen, nec iniuria, vel primam rationem cenſuit habendam pater,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

primi filiorum, principis CHRISTIANI, qui natus imperio Danico ſperaretur. CHRISTIANO igitur ab infantia præfecit probos & fide præſtantes, qui infantem cuſtodirent, monerent, quæ tenella ætas caperet: docerent, quæ infans aut puellus rectè diſceret: atq; hæc omnia, quàm hoc optima ratione fieret. Sed ne ſpes illa regem falleret, in tempore rem aggredi ex re putauit. Itaq; aliquot ab hinc annis cum comitia ageret Othoniæ, negotium proceribus regni propoſuit. Non erat noua petitio, frequentata à maioribus, negata nunq̃. Honeſta enim cum primis, & ex vtilitate etiam regni, quod non eſſet hereditarium. Non hoc diſputabimus, vtrius regni conditio melior, illiusne cui rex naſcatur, an huius, cui eligatur. Scio, prius magis probari alijs, quod certus rex, nec metus ſeditionis propter competitores. In altero, mea ſententia, firmior rex, quòd innititur quaſi columnis marmoreis ſeu æneis optimatum, & fundatur legibus acceptis, quaſi immotis rupibus. In hereditario quidem ſenatus etiam, ſed non eius

tanta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

*tanta auctoritas, non itaq; tanta conſilij copia
& vis, quæ ſaluti ſunt non minus regi, quàm or-
dinibus regni & populo. Sunt & leges, ſed quas
refigere interdum vt poſſit, ſic velit, cum mini-
mè expediat. Sed vtrum tibi mihiúe videatur,
perinde fuerit, quando ex noſtra opinione nulli-
us regni ſtatus, neq; ſtabit, neq; mutabitur. Hoc
ſcio, quibus creandi regis ius ſit, id ſibi vſurpa-
turos, niſi vi è manibus extorqueatur. Maie-
ſtas enim eſt, quæ maieſtati regiæ non officit, ni-
ſi fallor. Rex enim accepta maieſtate veneran-
dus hoc mihi videtur auguſtior, quò radiis con-
ſiliorum plenioribus lucet: quod neceſſe eſt ibi
fieri, vbi vnusquisq; de ſenatoribus ſuas res, ſu-
am ſalutem, ſuam dignitatem non minus agi
intelligit, quàm omnium & regis. Quod au-
tem hæc ratio electionis videtur in ſe habere in-
commodi, ſiue maximi mali, quod ſit profe-
cto, niſi caueatur; non magna prudentia &
mediocri ſtudio auerti poteſt. Exemplo eſt
Germania, exemplo Dania: quod ſi idem
videatur Poloniæ, non fortè æquè ſingulis,
ſed*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

ſed vniuerſis & reipub. Polonicæ rectiſsimè conſulatur: etſi quod publicè expedit, id priuatim quoque expedit vnicuilibet: nec poteſt re vera priuatum aliquem juuare, quod minus ſit ex vſu publico. Proxima quoq; comitia ob regem creandum poſt STEPHANI magni regis mortem, calamitatem Poloniæ attulerunt ſuffragiorum diſſenſione, et dolorem acerbum Germaniæ, quòd genti Auſtriacæ omnium regiarum primæ & humaniſsimæ macula inde aſperſa. Sed in Dania maneamus, cuius proceres, tanti viri, vt antè paſsim diximus, concordiam, vt omnes boni faciunt, ſummo ſtudio colunt, & publicæ tranquillitati, quod & maiores fecerant, in futurum longè proſpiciunt. Nec minus eam mentem & ſuperiorum regum, & regis etiam FRIDERICI fuiſſe putandum eſt: non ſolum vt ex ſeſe natis, ſed etiam ſuis populis conſulerent. Hoc enim fit maximè, ſucceſſore legitimè deſignato, et ad imperium fideliter educato. Facilius etiam & felicius, ſi ex eadem gente regia, cumprimis,

ſi re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

ſi regis ille filius. Huic enim paratur educatio regia, & ante hanc in eo eſſe genium regium credibile eſt: ab hoc etiam remota longiſſimè inuidia: in hoc à patre deriuata erga ſuos beneuolentia: in hunc affectio quædam populorum, & quaſi animi reſpectus. Hoc conſilio maximi tumultus declinati: nec idem non ceſſit vtplurimum feliciter. Quis neget ſapienter feciſſe Polonos, qui ducentos iam annos plæroſque ex Iagellonis, magni ducis Lithuaniæ, règis ſui optimi, poſteris reges crearunt? Noti etenim reges, Vladislaus & Caſimirus Iagellonis filij: et ALBERTVS, ALExander, SIGismūdus, Caſimiri filij: deniq; SIGISMVNDVS AVGVSTVS, SIGISMVNDI filius, quo moriente, regis Poloniæ filius ex gente Iagellonica nemo erat: infans erat regis SIGISMVNDI ſororis CATHARINÆ & IOANNIS III. regis Sueciæ filius, vt ex Gallia vſq; accerſeretur rex, qui hodie rex Galliæ: qui, cum, fratre rege Galliæ mortuo, relinqueret Poloniam,

ſucceßit STEPHANVS, rex laudatißimus, non ſine ſeceßione, de qua hic non eſt dicendi locus. Vacante regno ad Iagellonicam indolem plæriq; oculos et animum adiecerunt: atq; is nunc potitur ſceptro, natus Iagellonibus materna origine, cuius auunculus, maternus auus, proauus, atq; item abauus, tot ſæculis ſceptra geſſerũt: ac viſi fuerũt in ſumma libertate ſuffragiorum ſucceßionis rationem habuiſſe. Quid dicam de Germania? Sapientißimi ſeptemviri, ne ſim longior in re obuia, nunc ab annis trecentis, à RODOLPHO primo ad hunc RODOLPHVM ſecundum, maieſtatem imperij Romani potißimum domui Auſtriäcæ, principi familiarum totius orbis, deferunt: qua florente, non omni felicitate orba eſt Germania: etſi multa minari ruinam putantur: niſi quis dicat, querelas eſſe omnium hominum omniumq́; ſæculorum. Cæterum ipſi vident Daniæ ſenatores, quid rectum ſit,, & in alijs & in hac re, & ſi exemplis agendum ſit, ſuum quoque intueri poſſunt,

qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

qui tot, tantosq́ reges tam longo tempore ex v-
na familia crearint. Nec non iam bonis auſpi-
cijs fauente & orante patre, deſignarunt
CHRISTIANVM principem, qui patri
decedenti ſuccederet, cum regem FRIDE-
RICVM ita breui interuallo è viuis, prope-
rante fati violentia, ſublatū iri nō metuerent.
Tum vero rex habebat, quod ſenatoribus regni
gratias ageret, quod & filij & regni gratia
gauderet. At vero ille, quos ſemper toto animo
amiciſſimè complexus fuiſſet, in eos ſe totum
effudit illo tam læto tempore. Lætitiam vero
incredibilem maiore cura prudenter & regiè
temperauit. Non enim ſatis eſſe arbitrabatur,
regnum inueniſſe filio, niſi regno talem etiam
regem abiens relinqueret, qualis ipſe eſſet,
(quis enim fuit melior rex, ſiue omnes eius a-
ctiones ſpectes, non ſeligas per calumniā, in qui-
bus quid deſideretur, ſiue eum cū alijs regibus et
princibus cōpares.) uel qualē ſe eſſe in omnibus,
quomodoq́ ad omnia paratū oportere tum in-
telligeret, cū ſe de nouo retexere non poſſet. Cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

enim omnes boni omnem poſteritatem meliorem eſſe optent, ex quo ego in contrariã partem hominum peruerſitatem metior, quòd malos iudicem, qui vel alios vel poſteros velint eſſe malos aut deteriores, ac ſi in illis nihil eſſet aliud vitij, hoc vnum foret vitioſiſsimum: tum patribus hoc præcipuè in votis eſt, vt liberos educent ſui ſimiles & meliores etiam faciant, ſi fieri poßit: vnde non ſemper aſſentior poëtis, & querenti vulgo, vt plurimum minores fieri deteriores. Facit enim cura parentum, non omnino peßimorum, vt liberi, ſi non ſuperent parentes virtute, ſaltem ab ipſorum veſtigijs non digrediantur longius, niſi ſi in educatione erratur, quod ſanè frequens, non fieri hoc voluntate, ſed errore conſilij iudico. Animus enim bonus, niſi conſilio bono inſtructus, non proficit equidem plurimum. Penes plæroſq; autem tanta eſt conſilij inopia, vt vel hanc ipſam non ſentiant, vel non intelligant, à quibus aliquid boni conſilij petant. Rex FRIDERICVS hic illius copiam habuit, & penes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

nes ſe, et à ſenatu ſuo: qui iam alter CHRISTIANO principi pater erat, nunc vnicus ſolusq; pater eſt. Ut puer ab optimis, qui haberi poſſent è pluribus delecti, educaretur ad regnum, prouiſum fuit: non ſic, vt regnaret aliquando, ſed etiam regno accommodatiſſi mè regnaret, in quo eſt felicitas. Sic enim, quod dixi, intelligi uolo, vt philoſophus loquitur, cum docet, oportere quemq; ciuium ad ſuam rempublicam educari, ne ſi ad aliam informetur, vel ſibi vel patriæ aliquam calamitatem importet. Parem igitur habuit curam & educationis filij & adminiſtrationis imperij ſui, quoad vixit, nec alterutram depoſuit antè, quàm vitam depoſuit. Nec illa educatio negligetur, donec artem regiam princeps FRIDERICVS perdidicerit: multo vero minimè diſciplinæ huius, perquam nobilis pars & primaria, cultus videlicet litterarum. Intellexit enim rex, intelligunt regni ſenatores, ſtudium ſapientiæ eſſe omnium maximè neceſſarium, cum vnicuiq;, tum accedenti ad remp.

tum maximè regi: quanto huic plura, vel quo-
niam huic omnia incumbunt, quæ vel ipſe ge-
rat, vel per idoneos gerenda curet. Hos neq;
poſſit agnoſcere ſine litteris, vt aurum adulte-
rinum abſq; indice non dignoſcat aurifex. Si-
militudo enim ſæpe fallit, & ſæpius exterior
ſpecies, niſi de quo exiſtimes, id introſpexeris
penitius. Vt autem quis contendat, non ex-
quiſitam rerum ſcientiam requiri in prin-
cipe; modo largiatur requiri ſtudium perpe-
tuum virtutis regiæ: ita ille profecto vicerit,
vt nobis manus dederit. Hoc enim aſſeuera-
mus amplius: quicquid eſt meræ ſcientiæ,
vel ſubtiliſſimæ, ea neque bonum virum, ne-
que bonum ciuem, neque regem informari: ei,
qui antè animo, moribus, et ſtudio rectè facien-
di probè informatus ſit, ornamento eſſe &
adiumento poſſe. Sed hac de re nimium ad
eos, qui rectius intelligunt: apud alios ſi quis
vel totos dies dicendo extrahat, actum agat.
Non autem minima de principe CHRISTI-
ANO ſpes fuit, viuente quoq;, & vidente,
&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

& hoc nomine & ſibi & filio & regno gratulante patre. Nam in puero pietas in Deum, & in parentes, & in moribus præfectos, & magiſtros, & erga viros graues beneuolentia cum obſeruantia, modeſtia in omnibus, morum ſuauitas, ſermo dulcis, etiam ille, quem eſſe regum aſſerebam ſuperius: hæc magna ſigna, minimeq́ dubia. Sic enim mihi expoſitum eſt, & ex æqualibus vidi unâ educatos, in quibus illa plus quàm mediocria. Vota nunc pro hoc rege faciamus: faciat ipſemet ſedulo, quæ ita feliciter exorſus dicitur. Cæterũ in illis, quæ dixi, occupato FRIDERICO regi effluxit ætas, quæ iam tamen primum ad ſenectam vergeret. Quæ his proximis annis conſilia, quibus quantisq́ de rebus, agitarit, (quod ex tã ſplendidis legationibus vltro citroq; miſſis quiuis animaduerteret) regibus et principus inter ſe conſtat: vnum latêre neq; cæteros potuit, quod neq; obſcurum eſſe voluit. Etenim cum videret, quod videre quiuis etiam, niſi oculos auerteret, & aliò potius cum pertinacia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

conuerteret, non ſapientiſsimus poſſet, non leue periculum imminere Germaniæ, neq; ex vno loco: & forte ex ipſa media, neq; ab hoſtibus malè ab opibus & conſilio inſtructis; ille vti bonus vicinus, & amicus integer; & pars imperij ex Holſatia, vt officium neq; vellet negligere, neq; poſſet, partes Promethei, ſibi ſapienter ſumpſit, cuius tanta eſſet auctoritas, & principes diſcuſſa oſcitantia in res ſuas & imperij iuſsit animaduertere. Hoc magnum, ſi quis ſequatur, & principium magni boni. An non enim magnum bonum, calamitatem certam depellere? Sed maius, quod paucis perſuaderi poteſt: quotusquisq; hoc vltro faciat? Opes ſuas rex optimus vltro obtulit, vbicunq; opus eſſet. Quare molientibus res nouas terrori quoq; fuiſſe, & hac re præſidio Germaniæ, non video dubitare, qui præſentium rerum ſtatum per Europam accuratius animo contemplantur. Nunc vero hoc facere principes maximè oportet, vt ſe hac quoq; ope nudatos intelligentes, curam de rep. no-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

nobiſq; tuendis acuant. Hunc rex FRIDERICVS rectiſsimum vitæ curſum tenuit, & ab eo non deflecteret, ſi multos præterea annos viueret, vt ſperabatur equidem. Non enim minore firmitate corporis eſſe viſus fuit, quàm animi conſtantia. Nunquam enim eius valetudo diuturno & graui morbo afflicta fuit. Narrant ſenſiſſe, annum, & hoc forte amplius, nonnihil debilitari vires corporis, quadam quaſi leui febricula, vt neque morbi grauioris metus aliquis eſſet, nedum tanti, tam repentini mali. Rex ipſe, quidquid eſſet, facilè contempſit, nec quidquam ſuſpicatus fuit periculi: aut certè nihil tale præ ſe tulit, vt animi inuicti princeps. Qui enim ita ſunt, puſillo incommodo non afficiuntur, & magnum etiam tolerant ſine animaduerſione cæterorum, & ſæpe ſuperant. Sic affectus, interfuerat nuptijs IOANNIS ducis Holſatiæ, qui menſe Februario, AVGVSTI ſeptemuiri Saxonici viduam HAGnen Anhaltinam viduus ipſe ducebat: abeſſe non poterat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

quòd frater eſſet, quòd regia etiam tunc propè. Et hoc tempore magis cæpit fluctuare valetudo regis, nec momenta viciſsitudinis referre attinet. Cum meliuſcule iam haberet, vt putabat, cum vno atq; altero hoſpite (venerant enim principes etiam longinqui ad illas nuptias.) cupidis etiam interioris Daniæ videndæ, ex Iutia abducens quoq; vna coniugem fretũ Balticum traiecit in Selandiam, non vt hic hyemaret, ſed exceptis illis hoſpitibus in prima ſua regia, rediret in Iutiam. Cum præter exſpectationem morbus ingraueſceret, prius conſilium non ſine cauſſa fuit repudiatum, vt rex operam daret valetudini, viſumq́; etiam, principem CHRISTIANVM accerſere & liberos cæteros: quos vt adduceret ipſa regina, iam tum & de liberis & de rege ſollicita, regredi conſtituerat, & iam traiecerat, cum reuocatur celeriter ex ipſe curſu, ventisq; aduerſis, remigio difficili, ad regem redit cum vitæ diſcrimine. Eadem enim tempeſtate naues in vicinis Daniæ fretis grauiter iactatæ, & ſub-

mer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

merſæ fuerunt, vel illiſæ ſcopulis aut littoribus, multæ perierunt: paucæ in portus reiectæ ſunt, vel alibi emerſerunt incolumes. Interea fiebant omnia: ſed ſpes ſalutis indies minuebatur: et iã videbant ea ſigna medici, quæ minimè vellent, ſuamq; coniecturam quibuscum rectè fieret, mæſti communicabant. Non cælari potuit regem, nec debuit, quod inſtaret, tum, vt in æterna omnem cogitationem defigeret, tum, vt quicquid quibus de rebus vellet, ſtatueret. Quem ſermonem ſic accepit, ac ſi nihil noui, ne dum terribile, nunciaretur, vt cum ex omni vita FRIDERICI regis excelſus animus, quo in omnibus, maior omnibus rebus mortalium, nihil verè magnum, nihil ſolidum iudicaret, ac propterea eas facilè deſpiceret, tum hic ille eluxerit omnium maximè. Reſpondebat enim, ſe ad iter accinctum, & vocanti ſummo imperatori, quando illi ita placeret, præſto futurum: nec ſentire dolorem corpore, nec animo iccirco frangi. Quod de regno, de vxore, de liberis curæ mihi eſſe exiſtimetis, a-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

mici, fuit curæ, quamdiu vixi: nunc, cum finem vitæ mortalis oculis video, nihil ad me amplius res mortalium. Quodſi patris animum erga vos ſemper habui, eumq́; ſemper omnibus rebus & vobis & reip. declaraui, referte mihi hanc gratiam, vt paterno animo ſitis erga viduam, erga pupillos: vnumquemq́; veſtrum patrem facio CHRISTIANI principis, qui liberis veſtris pater viciſſim futurus eſt. Meum enim exemplum & mea præcepta, & veſtram auctoritatem ſequetur. Nec de veſtra fide dubito. Memini enim, & teſtificor, eam in maximis, minimis, ſumma religione ſemper mihi vos præſtitiſſe. Illi veteri ſinceræ fidei iſta credo, & quoniam à Deo omnes ſimul pendemus, eius quoq́; prouidentiæ & vos & omnia rectiſſimè commiſero: ei deniq́; me nunc totum trado.

Dum hæc geruntur regina adeſt, obſeruat regem ipſa noctes & dies, neque dum de imminente iamiam regi ſuo morte facta certior, metuens maximè, non tamen nihil ſperans, rege cæte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

cætera non ſperante, niſi vnicam hanc migrationem in cæleſtem patriam: nihil audiebat, niſi de diuina bonitate & animæ ſuæ ſalute, animæq́ue ſuæ ſalutem à diuina bonitate & petebat ſine intermißione, tum voce, tum ſuſpirijs, tum animo, & toto animo, nihilq́ue vacillante exſpectabat, quod omnia ſigna loqui videbantur, inprimis mira animi tranquillitas, quæ certum diuini erga nos amoris teſtimonium dicit. Malè enim agitur cum ijs, quorum conſcientia recordatione maleficiorum & impendentis exitij metu exæſtuat, & miſerè torquetur, tum viuentium, tum ex vita abeuntium. Denique à myſtica communicatione SERVATORIS mortalium, cærimonia religioſißima, ab hoc ipſo ſancita, inter medias preces, & ſuas & ſuorum, de exemplo patris CHRISTIANI tertij, exuuijs mortalibus in terra depoſitis, anima migrauit in cæleſtem patriam: relicto non ſolum vxori, & liberis, ſed etiam regni prouinciarumq́ue ſuarum omnium populis & paßim gentium principibus, alijsq́ue magnis vi-

ris, tanto deſiderio, quàm ille rex fuit optimus & beneficentiſſimus. Hoc deſiderium, ſiue amor ille omnium bonorum erga regem FRIDERICVM, admirabilis, quo videlicet nullus eſſe poſſit acrior & diuinior, tam viuentem paucis diebus antè, quàm modo mortalitate functum, gloriam triumphorum ſuperat, & omnes agonas epitaphios. Nec vero quidquam tam longa oratione feciſſe videor, quàm vt hunc ipſum prædicem, & ſi poſſim hoc monumento ad poſteritatem tranſmittam. Quod ſi enim nihil aliud intelligetur, quàm hoc ipſum, ſatis conſtabit, fuiſſe FRIDERICVM regem optimum, cuius laudes delibauerim potius, quàm tractauerim. Multa fuerunt dicenda, quæ præterij, ſciens aliqua, plura neſciens. Sic enim exiſtimaui, quæ tum in conſolatione, tum alijs locis ſatis diligenter perſcripſerim, non omnia debuiſſe nunc à me repeti: optima fide aliquando prædicaturum ſpondeo, ſi qua prætermiſerim, vel me prætermiſiſſe intellexero.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

EMENDA.

A.7.verſu 8.pro repere: repetere. 8.v.2.deberi: debere. B.1.v.1.facere: fauere. B.4.v.3.regem: regni: v.19.conatur: conatu. v.20.&: vt. D.2. v.3.cæperiunt: cæperunt. 5.v.6.aliud: illud. 6.v 7.illud: aliud. v.21.id: deleatur. 7.v.14. ſubliter: ſubtiliter. E.3.v.14.publicæ: publicã. F.5.v.13.quæ: qua. G.2.v.18.parte: partã. 5.v.9.domeſticem: domeſticam. v.13.apud: deleatur. 8.v.20.ſis: ſit. H.3.v.14.cenſuiſſet: cenſuiſſent. I.1.v.5.agricelæ: agricolæ. 6.ingratorm: ingratorum. 3.v.5.ſacellibus: ſatellitibus. v.21. nos: vos. 4.v.1.nos voluiſſe: quemadmodũ. 7.v.18.ſisgu: ſign. 8.v.11.amicitam: amicitiam. K.2.v.17.abhorrent: abhorrerent. 3.v.10.partes: pares. L.3.v.11.alij: alia. N.3.v.20.principibus. 5.v.16.Frid.Chriſtianus. 7.v.18.principus: principibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 298 [35,-181 4°]